Difficile est ut non sit superbus q. dives est,
Tolle superbiam, divitiæ non no-
cebunt. id.

(290.) Prodigalitas.

Aurum seruus proditor est. id.
de Ver: dom:

(291.) divitiæ.

Divitiæ maximæ non egere divitijs,
Chrysost.

(292.) divit: abusus.

Qui malè divitijs (utuntur) sponte se vul-
nerant eo gladio quem ad vindictã
hostium sumserant. Greg: Nazian:

(293.) Cupido divitiar.
Ditescere properans inops fiet cito. Comic. graec.

(294.) Divitiarum usus.
Sapiens non amat divitias sed mavult; nec respuit possessas divitias: sed contemnit Senec. Ep. 15.

(295.) divitiæ.
Sapiens divitijs nihil permittit, nobis divitiæ omnia. id

(296.) divitiæ extra nos.
Nemo nascitur dives; quisquis exit in lucem jussus est lacte & pane esse contentus, àb his initijs nobis regna non sufficiunt. id. Ep: 20.

(297.) Docere. discere.
Quidam ... prius imperitorum Magistri sunt, quam doctorum discipuli. Hieronym. ad Demetr: Virginem.

(298.) Poenæ fines.
In judicando sive corrigendo hæc tria Lex secuta est quam Princeps

19

Emendatio. Exempl. Sublatio mali. Tuitio et secur. alioꝝ.

quoq; sequi debet, ut aut eum quem punit emendet, aut poena ejus cæteros meliores reddat, aut sublatis malis securiores cæteri vivant. Seneca de Clement ad Neronem cui adde quæ Gellius inquit, lib 6. Puniendis peccatis tres ẽẽ causas, una cũ adhibet poena castigandi atq; emendandi gratia alia cum dignitas ejus authoritasq; in quem peccatus tuenda ẽ. ne prætermissa animadversio contemtum ejus pareat, Tertia ppter exemplum.

(299.) Illiteratus.

Illiterati qd vident id non vident. Comici Græci.

(300.) Consolatio.

Turpissimum ẽ in homine prudente, remedium moeroris lassitudo moerendi. Senec Ep 63. Dolor inveteratus deridet, nec immerito, aut enim simulatus aut stultus ẽ. id.

Cent: XXIV.

Abstinentia (: 2301:)

2401. (1.) Escæ.

In multis Escis est infirmitas Eccl: 37. Qui abstinens est adjiciet sibi vitam. id. ibi.

(2.) abstinentia.

Mater sanitatis est abstinentia: Mater ægritudinis Voluptas. Hieron: in Epist:

(3.) Cupiditas. Cibus. 2286.

Non cibus sed appetitus in vitio est: Gregor. lib. 30. Moral.

(4.) Abstinentia sine virt:

Qui cibis abstinent et mala agunt Dæmones imitantur quibus culpa adest et cibus deest. Isidor: super Proph. Amos.

(5.) abstinentia.

Pythagoras! cunctis animalibus abstinuit qui tanquam homine: et ventri indulsit non omne legumen. Juven: Satyr: 15.

(6.) abstinentia.

Venter et multa capit & pauca. Menander.

(7.) idem.

Natura paruo dimittitur. non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio. Senec: Ep: 60.

(8.) Cupiditas. remed.

Non augendæ sunt opes sed minuendæ cupiditates. Stob. Serm: 17.

(9.) Cupid: remed:

Ratio cupiditatis domina constituenda est. id. d. 1 dictis Demostenis.

(10.) hospitium.

Socrates quosdam hospites suos cum satis tenui cœna excepisset cuidam quærenti respondit: Si boni sunt æquanimiter ferent, sin mali, non est curandum. Laërt:

(11.) abstinentia ducum.

Aristides dicebat, hanc præcipuam egregij ducis laudem esse ut abstinentes habeat manus. Plutarch. in vita Aristidis.

(12.) abstinentia.

Pythagoras dicebat nihil egre- 2805.
gium comparari, quod non
continentiæ labor præcederet.
Stob: Serm: de Contin.

(13.) Continentia.

idem jubebat ut unusquisq con-
tinentiam sibi tanquam robur
ingens opesq pararet. Id.

(14.)

vid. Continentia. Temperantia. Fru-
galitas, jejunium. Sobrietas.
Castitas.

1

Abusus. (14.) 4658

Epictetus sensit eruditionem ee
perniciosam si in animum in-
ciderit pravis affectibus corru-
ptum; et quo quæq disciplina
sanctior hoc fit perniciosior, si
contigerit improbo.

(15.) Usus, abusus.

Eadem res utcunq uteris aut
perniciosa est aut utilis. Plut.

(16.) Usus certus.

Aqua marina ad potum inutilis

ordo natu
ræ superiorum
& inferio
rum.

melius sustinet nauem, quam fluuialis dulcis et potui aptior, ita suum unaquaeque res usum habet, si quis utatur ad id quod oportet. Plutarch:

Vide. Usus.

Accusator.

(17)

Accusare non debet qui est accusandus. Joan Chrysostom:

(18) accusatio.

XI. Non qui accusatur sed qui conuincitur reus est. Isiod: l. 1. Soli.

(19.) Calumniator.

Is demum maledicit qui non potest verum ab altero audire Cic. in Salust:

(20.) accusatio.

Innocens si accusatus sit absolui potest, nocens, nisi accusatus fuerit condemnari non potest. Cic. 2. offic.

(21.) bona mala res.

Impediri bonam rem melius est quam concedi malae. Cic. 3. de Legib.

Actio. 22. justus.
Justitiam ille vere dicendus est
nosse qui facit. Aug. sup. Psl.
(23.) actionis origo.
à memoria, Intelligentia et
voluntate omnis actio est. id.
(24.) operatio.
nunquam est amor Dei otiosus;
operatur enim magna sic est.
si vero operari renuit amor de.
Gregor. in homyl.
(25.) res non verba.
In sermone non est laudabilis
qui hoc quod loquitur opere
non ostendit. Greg. in mor.
(26.) Res.
Res spectari oportet non verba.
Cic. 5. Tuscul.
(27.) Res.
Quid Verba audiam cum fa-
cta videam. id. 3. Tuscul.
Philosophus. (28.) verba. vita.
Cum Philosophorum vita mi-
serabiliter pugnat oratio. 2. Tusc.

Admiratio (29.)
Agesilaus Rex Spartanorum
quorum alios teneri stupore
videbat ea semulabat nec nosse.
Plutarch. in Apoph.

Admonitio. (30.)

Alios monere si quid errent novimus,
Errata at ipsi nostra non cognoscimus.
unus ex Comic. Graec.

(31.) Monere.

Thales rogatus quid esset facile?
alterum, ait, monere, omnes
enim cum valemus recta consi-
lia aegrotis damus. Erasm. l. 6. apopht.

(32.) corrigendi method.

Oculo lippienti non est admo-
vendum lumen,: nec animus
affectu laborans admittit gravem
admonitionem, sed admiscenda
laus est ac si medendum. Plut:

(33.) Consuetudo.

Herbae salutares consuetudine
perdunt medendi vim,: ita
admonitio si assidua sit non e-
mendat assuetum jam objurga-
tionibus. Plut. vid Correctio. Correptio.

(34.) Galanterie des hommes.

Sint procul a nobis juvenes ut
foemina compti,
fine coli modico forma virilis amat.
Ovid Ep. ad Herod.

(35.)

Adoratio. 35.)

Apud persas Medos et Indos Reges adorari et in salutando homines toto corpore procidere invenimus. Quare Thebanus Ismenias jussus Artaxerxem adorare ne contra decus faceret prolapsum annulum sustulisse et ita adorantis speciem praebuisse dicitur. Alex. ab Alexand. lib 2. c. 19.

(36.)

Adversitas

Scimus ea mente quam et Veritas et ratio praescribit; ut nihil in vita nobis praestandum praeter culpam putemus, Eaq́ cum careamus omnia humana placate et moderatè feramus Cic. A. Tor. fam: 6.

(37.) adversitas.

Praeter culpam et peccatum homini accidere nihil potest quod sit horribile aut pertimescendum. Cic Messi. fam. 5.

(38). advers. Solamen.

Levat dolorem communis quasi legis et humanae conditionis recordatio. Cic. Cecin. famil. 6.

vide. Afflictio, fortuna. Miseria.

Adulatio. 39)

Quomodo probatur in conflatorio aurum & in fornace argentum sic probatur homo ore laudantis. Prov: Salom: c. 27.

(40) adulatio.

Magis optabo à quolibet reprehendi quam adulante laudari, Nullus enim reprehensor formidandus est amatori veritatis, Laudator vero errat et confirmat errorem. August. 9. de Trinit.

(41) Reprehensio gener.

1214. Generalis Increpatio unius personæ injuria non est. Hier. sup. Eph. 4.

(42) adulatio.

Adulatio est sagetta, quæ leviter volat et citò infigitur. Cassiod. in quad. Epist.

(43) adulatio.

natali ducimur malo et adulatoribus nostris libenter fatemur, et quanquam respondeamus nos indignos, et calidus rubor ora perfundat, tamen ad laudem suam anima intrinsecus letatur. Hieron. in Ep: 121. ad Dabinian.

adulatoris & (44.) Laudis effectus.

Adulantium & prauis laudantium Sermo diutius hæret qm auditur. Sen. in Ep:

(45.) ægrotatio.

Non est in medico semper releuetur ut æger, Interdum doctâ plus valet arte malum. Ouid lib. de Pont.

(46.) Ægrotatio.

Morieris, non quia ægrotas, sed quia viuis; Cum convalueris non mortem, sed valetudinem effugies. Senec: Ep: 72.

(47.) ægrotatio.

dicitur de C. J. Cæsare quod Oppio comitanti se, per silvestre iter, correptoq subita valetudine et in diversorio loco quod unum erat, cesserit, ac ipse humi et sub dio accubuerit. Suet. in Cæs:

(48.) ætas longa. 305

Ætas nostra bene disponenti multum patet. Sen: de breuit. vitæ.

(49.) Affectus.

Pyrata quidam captus et ad Alexandrum adductus, rogatusq abeo quare auderet infesta reddere maria paucis respondit: Ego cum unica nauicula pyrata nominor, tu cum idem facias magna classe rex appellaris. quo dicto Alex. motus illum dimisit: Plut: in vit. Alex.

50. Afflictio.

Dubiam salutem qui dat afflictis, negat. Senec. in Oedip.

(51) Ambitio.

Plato amans munditiei Diogenes sordidus erat, itaq. is calcans Platonis culcitram praesentibus aliquot Dionysii amicis quos Plato invitarat ad Convivium, inquit Calco fastum Platonis; Calcas inquit Plato sed alio fastu. Laërt. l. 6.

(52). Ambitio.

Trophaea Miltiadis de somno me excitant dicebat Themistocles. Plut. in Themist. Val. Max. l. 8. c. 13.

(53.) Vaniloquentia.

Taurus avis cum sit pusilla tamen boum vocem imitatur; ita nonnulli cum re sint exigui tamen loquuntur reges ac Satrapas. Plin. l. 9. cap. 42. & c. 31. col. 1.

(54) Amicitia, Laus.

Amico laudanti credendum non est, sicut nec inimico detrahenti. August. de civ. Dei.

(55.) Amicitia. Fortun. fel.

In Prosperitate incerta est amicitia: nescitur enim utrum persona an felicitas diligatur. Isidor. l. 3. de Sum. bon.

(56) Amor proprius.

Tibi te amante nemo amicus erit.
Com: grec:

(57.) arbiter.

Ne sis amicos inter arbiter duos. id.

(58) amicus.

Lædens me amicus ab inimico haud discrepat. Com: græc:

(59.) Metus. Amor.

Rerum omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas quam diligi: nec alienius quam timeri. Cic. 2. offic.

(60.) Person. usus diversus.

Alius, in alia re, est magis utilis. Pro Rosc: Amerino, id.

(61.) amicitia. Confidentia.

fidelem (amicum) si putaveris facies, Senec: Epist. 3.

(62.) amicitia.

Bion dicebat amicos quales essent retinendos esse ne videamur ut malos recepisse in familiaritatem aut bonos rejecisse. Laert:

(63) Crœsus. Ultio. Condonatio.

Socrates Crœso interrogato quid esset maximum et pretiosissimum ex Regno consecutus? Cum ille

Z. respondisset ut hostes ulcisceretur et amicos beneficio afficeret; Multo, inquit melius fecisses, si illos tibi amicos asciuisses.

(64.) amissio.

Sine dolore non pereunt qui cum amore possessa sunt Aug: Ench:

(65.) amatu dignum.

non amatur quod propter se non amatur. Aug:

(66.) Amor. labor.

In eo quod amatur aut non laboratur aut labor amatur. id.

(67.) amor Dei.

Minus Deum amat, qui aliquid cum Eo amat, quod propter illum non amat. id.

(68.) Amoris proprietas.

Amor non accipet de impossibilitate solatium, nec ex difficultate remedium, nec consilio temperatur nec tempore frenatur, nec ratione subjicitur. Ambros.

(69.) Gratia Dei.

Gratia (ex Evangelio:) vehementior est ad diligendum quam natura. idem.

(70.) Amor formæ.

Amor formæ, rationis oblivio. Hieronym. in Epist.

(71.) Amor.

Amor ubi est labor non est. Bernh.

ratio - (72.) amoris incommoda.

In amore hæc omnia insunt vitia: Injuriæ,
Suspiciones, Inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursum incerta hæc
Si tu postules,
Ratione certa facere nihilo plus agas,
Quam si des operam ut cum ra-"
tione insanias."
Terent: Eun: 1. 1.

(73.) Amor clandestinus.

Quoq magis tegitur tectus magis
æstuat ignis.
Ovid. 4. Metam:

(74.) Amantes. Proci.

Quis legem dat amantibus.
major lex amor est sibi. Boet: 3. 12.

(75.)

Senex amore captus ultimum malum.
Confer. g. ex:

(76.) animæ partitio.

Anima dum vivificat corpus, anima ē,
dum vult, animus est, dum scit, mens.
dum recolit, memoria ē; dum rectum
judicat, ratio ē: dum spirat, spiritus ē:
dum aliquid sentit, sensus est. Isidor.

(77.) adversit. remed.

Bonus animus in re mala dimi-
dium est mali. Plaut in Pseudolo.

3. (78.) dolor Corporis et animi.

Aeque animo dolemus dum corpore dolemus. Cic. 2. de offic.

(79.) Tacere.

Aristoteles interrogatus quidnam in Vita difficillimum esset. Tacere, inquit, quae dicenda non sunt. Laert: l. 1. c. 1.

(80.) Arcanum.

Philippides Comicus familiaris Lysimacho cum hic diceret quid vis tibi impertiam rerum mearum: Quodcunque voles inquit Philippides modo ne arcani quippiam. Plut:

(81.) arrogantia.

Bion arrogantiam dicebat esse profectus obstaculum, indocilis n. est qui mavult doctus videri quam esse. Laërt. l. 4. c. 7.

(82.) Ars. Licentia.

Ars est omnibus portus infortunii. Com: graec:

(83.) Consuetudo.

Plato, adolescentem, quod lusisset alea graviter increpuit, qui cum dixisset, hic obiurgas ob rem parvam. At parum non est inquit assuescere. Laert. l. 3.

(84.) Consuetud. malorũ

Mala quibus asſueveris non offendunt. Erasm.

(85.) Munus. Corruptio

Apud Romanos munus capere viro ab uxore aut uxori à viro vetitum fuit, ne muneribꝫ capiendis aſsueta etiam alienos admitterent. Plutarch in quest: Rom:

(86.) Cupiditas. amissio.

non est in carendo difficultas nisi cum fuerit in possidendo cupiditas. Aug: ib Conf:

(87.) Cupiditas pauper.

Modum non habet avaritia nec capiendo expletur, sed excitatur, hoc egentior quo plura quæsiuit. Ambrosius.

(88.) Cupiditas paupertas.

Pauperiorem se judicat omnis abundans quia sibi deesse arbitratur, quicquid ab alijs possidetur. idem:

(89.) Avaritia.

Cum cætera vitia senescente homine senescant, sola avaritia juvenescit. Hieronym:

(90.) Chyromantiæ indoles.

Phavorinus scito dilemmate astrologos judiciarios perstringere solitus ē. Aut adversa inquit, eventura dicunt aut prospera; si dicunt prospera & fallunt miser fies frustra expectando. Si adversa dicunt & mentiuntur, miser fies frustra timendo; Si vera, scapite sunt non prospera jam inde miser fies ex animo, antequam ē fato fias. Si felicia promittunt eaq eventura sunt, tum plane duo erunt incommoda, & expectatio spei te suspensum fatigabit, et futurum gaudy fructum spes tibi jam defloraverit. Aul. Gellius. l. 40. c. 1.

(91.) Paupertas.

Multis nomen pauperum avaritiæ occasio est. Hieron:

(92.) Avarus.

Mens avari, quod prius ex abundantia requiem quæsierat, postea ad custodiam gravius laborat. id.

(93.) avaritia.

Divitiarum acquisitio quidem labore, possessio timoris, amissio plena doloris invenitur. Bernh. in quod Serm.

(94.) Pecunia.

Imperat aut servit collecta pecunia. Hor: Epist.

(95.) Pecuniæ vis.

Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es,
Per te immaturum mortis adimus iter,
Tu vitys hominum crudelia pabula
praebes.
Propert: 3. 5.

(96.) Cupiditas indigens.

Semper inops quicunque cupit.
Claud: 1. Ruf:

(97.) dives semper infelix.

Mihi crede non potest esse dives felix.
Senec. in lib. de morib.

(98.) Avari malum vita.

Avaro quod mali optes nisi ut diu vivat?
Senec. in prov: et Publ. Syr.

(98.) Pecuniae vis.

Summum census pretium est effundere censum.
Manil: 4 Astron.

(99.) avarus.

avarus. idem
nec quod habet numerat, tantum
quod non habet optat.

(100.) divitis regula.

Si pecuniam habueris necesse est ut te ipsum aut pecuniam vilem habeas. Senec: in Epist.

ejusd materiae divitiae.

Quid mihi divitiae: quarum si demseris usum
quamvis largus opum semper egenus ero,
Imo etiam poena est partis incumbere rebus,
Quas cum possideas, violare nefas,
Non aliter sitiens vicinas Tantalus undas
Captat & oppositis abstinet ora cibis.
Longinus Maximinianus.

(101). abstinentia. avaritia (2401.)
Simonides interrogatus cur in extrema senectute avarus esset, quoniam, respondit, Malim defunctus opes inimicis relinquere, quam vivus amicis egere. Stob: serm: 10.

(102.) audax.
In audaces non est audacia tuta. Ovid 12 Metam:

(103) Periculi proprium.
Nunquam periculum sine periculo vincitur. Publ. Syr.

(104.) audacia.
Audere multa multa nos labi facit: Com. graec:

(105) audacia.
Audacia aliena est a viro sapiente. idem.

(106.) Temeritas.
Ex temeritate multa nascuntur mala idem.

(107.) Testis auritus. oculatus.
Thales ab amico quodam rogatus quantum veritas distaret a mendacio, quantum, inquit, oculi distant ab auribus. Maximus. serm: 35.

(108) Proximus.
Alteri vivas oportet si tibi vis vivere. Sen: epist. 45.

(109.) Causa.

Baptismus talis est, qualis est ille in cujus potestate datur, non qualis per cujus ministerium datur. Aug. supr. Joban.

(110.) Causa.

Si bona fuerit causa pugnantis pugnae exitus malus ee non pt. Bernh. de nov. mil.

(111.) Certare.

Sapientis non e velle certare, & periculo se velle committere, quoniam & vincere non est in nostra potestate et est anceps omne certamen. Lact. lib. 6:

(112.) assistentia.

Non dat tot pugna socios quot solet mensa convivas. Sidon. lib. 3. ep. 3.

(113.) Causa belli.

Suscipienda bella sunt ut in pace sine injuria vivatur. Cic. 1. offic.

(114.) Beneficium.

Beneficium est quod quis dedit cum illi liceret etiam non dare. Senec: ~~Ep. 83.~~ lib. 3. de benef:

(115.) Beneficij causa.

2816. Mitis ceteris plus dedit quamvis

idem alijs dedisset qui sine spe
recipiendi dedit. ib. id.

(116.) Beneficiorum lex

Hac beneficij inter duos lex est,
alter statim oblivisci debet dati
alter accepti nunquam. id. ibid.

(117.) Beneficia.

Gratissima beneficia sunt in qui-
bus nulla mora est, nisi in ac-
cipientis verecundia. ib. id.

(118.) Petere.

Non tulit gratis qui cum rogas-
set accepit. Senec.

(119.) Contemptus aliorum. 2921.

Wir mindern in andrer Verachtung
bessere unser Ehr', wie Hierony-
mus anmerket wann er sagt:
Si aliorum vituperatione te lauda-
bilem videri velis magis tuam vitam
ornare disce quam alienam carpere.

(120.) Contemptus aliorum. 2921.

Quidam alterius vituperatione
se laudari putant et cum
suo merito placere non possunt
placere volunt in compara-
tione malorum. Hieronym.

(121) Studiorum usus.

Studijs ac literis res secundae
ornantur, adversae adjuvantur. Cic.

(122.) Exempla doctrina.
Quid faciendum sit à faci-
ente discendum ē. Sen: Ep. 72.

(123.) patientia.
Mitigat vim doloris consi-
derata æquitas ferientis.
Greg: l. 7. mor.

(124.) Amor proximi.
Tanto quisq' perfectior est,
quanto perfectius sentit do-
lores alienos. ibid.

(125.) Consolaō.
Levis ē dolor qui consilium ca-
pere potest. Senec: Troad:

(126.) Consolatio tempus.
Finem dolendi qui consilio non
[?]fecerit tempore inveniet.
Senec: Ep: 63.

(127.) Patientia. 1761.
Doloris rationem ab inimicis
petit qui patiendo dolorem non
ostendit. D. in prov:

(128.) ægroti queruli.
Animo dolenti nihil oportet
credere, etiam innocentes
cogit mentiri dolor. ibid.

(129) Ægritudo animi.
Dolor decidet ubi quo crescat non habet. id. ibid.

(130.) Pigritia.
nam qui dormiunt libenter: sine lucro et cum malo quiescunt. Plaut: in rudente.

(131.) Ebrietas.
Ebrietas ut vera nocet sic ficta juvabat. ovid. de art. amand.

(132.) Ebrietas.
absentem lædit qui cum ebrio litigat. Senec. prov.

(133.) id.
nihil aliud ē ebrietas, quam voluntaria insania. Extende in plures dies illum ebrij habitum: nunquid de furioso dubitabis? nunc quoq́ non ē minor, sed brevior. Sen: Ep: 28.

(134.) id.
Cleostratus cuidam ei dicenti: non te pudet ebrium fieri? respondit; te vero non pudet ebrium monere? Anton. & Maxim: serm. de Ebriet:

(135.) Crimina multorum.

Multitudo Sociorum impuni,tatem non facit Criminum. Hieron: in Epist.

(36.) Criminis Excusatio.

Peccatum peccato addit, qui culpæ, quam fecit, patrocinia defensionis adjungit. Greg: lib. mor:

(37.) Conscientia Excusatio.

Excusatio perfecta testimonium conscientiæ Suæ. Bernh:

(38.) Peccata voluntaria.

Non posse prætenditur Sed nolle in causa ē. Emitte excusatiōem: nemo peccat inuitus: omne
•3162. peccatum voluntarium ē. Sen. prov.

(39.) Necessitatis impositio sibi facta.

Demostenes cum sibi non tam artem quam actionem & pronunciationem dee animaduerteret,: Subterraneum locum domi Suæ ædificauit, in quem singulis diebus descendit, actiōis formandæ Vocisq componendæ causa,: Sæpe m. duos aut tres menses continuos ibi egit, rasa alterâ capitis parte, ne si vellet quidem egredi inde præ verecundia posset, Ælian. it. Plutarch.

(40.) Ratio vivendi optima.

Reipsâ reperi:
Facilitate nil ẽẽ hõi melius neq; clementia. Ter: in adelph.

(41.) Fama curanda.

Qui conscientiæ suæ confidens famam negligit crudelis ẽ. Aug:

(42.) Famæ usus.

Fama virtutem reddit illustriorem, tametsi non majorem. Bernh:

(43.) Actio. Possessio.

Si aliquid agimus nostrum ẽ, si aliquid habemus alienum ẽ. Cassiodor.

(44.) Famæ contemptus.

Negligere quid de se quisq; sentiat non solum arrogantis ẽ sed etiam omnino dissoluti. 1. offic:

(45.) Famæ origo.

Ex sententÿs hominum nostra fama pendet. Cic: in Pison.

(46.) Bibere haud sitiens.

Stratonicus ad quietem iturus, assiduè jubebat puerum sibi infundere vinum, non, quod sitiam inquit sed ne sitiam. Athenæus.

(47.) Famæ indicans.

Maximum in eo vitium, qui non vult melioribus placere sed pluribus. Senec. Ep. 28.

(48.)

Feliciter sapit qui alieno periculo sapit. Plaut:

(49.)

Nullus beatus ē absq́ numine Dei. Comici graeci

(50.)

Prudens videtur ille cui Sors prospera. Id:

(51.)

O quam ruina splendidæ vitæ cita. Id:

(52.)

In omni vita nihil ē ad laudem illustrius quam ipsa calamitas. Cic pro domo sua.

(53.)

Ut histrio non ē felicior, quod in Scoenis adornatus rex aut Deus videatur, sic nec homo fortunæ muneribus quandoquidem suis bonis æstimatus, nihil ē. Senec.

(54.)

Sicut rami onere franguntur sic animos immoderata rumpit felicitas. Senec.

(55.)

2777. 1177. Diogenes Lacedæmone peregrinum quendam conspiciens sese studiose ad festum diem componentem, quid facis, inquit, an non quilibet dies viro bono festus ē. Laert. l. 6.

(56.)

Fac quod dicis: et fides ē. aug: Serm. 22.

(57.)

Noli intelligere ut credas, sed crede ut intelligas, : Intellectus merces fidei ē. Id.

(58.)

Tarda solet magnis reb9 mēē fides. ouid. Ep: 16. Heroid.

(59.)

Stat nulla diu mortalib9 usquam fortuna, titubante fide. Silius italic: l. 11.

(60.)

Nusquam tuta fides. Virg l. 4. Æneid.

(61.)

Parthis fides nulla nisi quantum expedit, quibus utilitas semper est fide sanctior. Alex. ab Alex.

(62.)

Ut quisq filium suum vult ēē ita ē. Terent in adelph.

(63.)

Ætatis ē quæ nubilis iam filia, De se silendo plurima loquitur tamen. Comicor. Grae:

(64.)

Alexander reprehensus ab uxore quod filium inutilem abdicasset diceretq exeo ēē, Dum exspuisset in terram et hoc inquit ex me ē, at non utile. Maxim: Serm: 23.

(65.)
Supra modum incandescit semel victa lenitas. Plin. l. 34. c. 4.

(66.)
Quemcunque fortem videris miserum neges. Senec. in Herc.

(67.)
Animus aequus optimum est aerumnae condimentum. Plaut. rud.

(68.)
Qui segerunt prudenter illis sors favet. Comic. Graec.

(69.)
Misero cave insultare: sors comunis est. id.

(70.)
Vita regitur fortuna non sapientia. Cic. 5. Tuscul.

(71.)
ut bonus artifex ex quavis materia simulacrum fingit; ita sapiens quamvis fortunam sapienter administrabit. Senec.

(72.)
Infima fortuna tutissima. Plut.

(73.)
Alcamenes Teleueri filius objurgatus à quodam quod parce

nimium ac tam frugaliter viveret, cum tn. amplissimas possideret divitias, Decet, inquit, eum qui multa possidet, pro ratione, non pro libidine vivere. Plut. in Lacon. "

(74.)

Templum Ephesiæ Dianæ tutos reddebat obæratos à creditoribus, at multo magis frugalitas & parsimonia præbet asylum. Plut. & Plin.

(75.)

Pyrrhus dicebat, hostibus nequaquam intercludendam sed aperiendam potius esse viam, quo citius magna cum ignominia fugiant. Plut:

(76.)

Antigonus aliquando cedens hostibus imminentibus ajebat se non fugere, sed opportunitatem à tergo sitam persequi, sentiens non ēē turpe fugere quoties magis expedit hosti dare locum quam conserere manus. Plut. apoph. Stobæus Serm: 52.

(77.)

Quemadmodum perniciosior hostis fugientibus sit gravius ē incommodum si cedas ac des terga. Senec.

(78.)
Quemadmodum fures alienis poculis ansas mutant, ne possint agnosci: ita nonnulli de alienis inventis paullulum quicquam immutant ac sibi usurpant, et detractis aut additis pauculis verbis, existimant suum videri posse quod ē alienum. Senec:

(79.)
Apollonius dicere solebat loquacitatem multos habere errores; silentium autem tutum ēē. Stob: Serm. 37.

(80.)
Plato, cum Antisthenes aliquando in Diatriba longam orationem habuisset; ignoras inquit quod dicendi modus non penes loquentem, sed audientem ē Stob. Sol.

(81.)
Si gloriari cupis gloriam despice & omnibus eris gloriosior. Chrysost:

(82.)
Magna ē ejus gloria quæ nullius laudibus crescit et nullius vituperatione minuitur. Cassiod. in Ep.

(83.)
Honore gaudet affici se quilibet. Com. gl.

(84.)
Si quid bene facias pluma ē gratia,
Si quid peccatum sit plumbeas iras gerunt.
Plaut in Poenul.

(85.)
In beneficiis usus gratuitus ē, & illa crescunt mora, tantoq́ plus solvendum ē quanto tardius. Senec.

(86.)

Fames amica Virginitati ē, Inimica lasciviæ, Saturitas vero castitatem prodigit, nutrit illecebram. Ambros:

(87.)

Dum venter non restringitur simul omnes Virtutes obruuntur. Greg: l. 6. moral.

(88.)

Gulæ Saturitas nimia, aciem mentis obtundit ingeniumq̃ evertere facit Isidor.

(89.)

Multos morbos fercula multa ferunt. Senec.

(90.)

Venter parvo contentus ē, si das illi quod debes non quod potes. id.

(91.)

Homine nulla immanior fera si sibi relinqueretur. Aug:

(92.)

Anacharsis rogatus à quodam quid hominibus esset infestum? ipse inquit sibi ipsis. Stoba serm. 2.

(93.)

Gloriam Sapientes possidebunt stultorum exaltatio ignominia ē. Prov: 3. Salom

(94.)

Ut qui se meminerint inquilinos esse & in conducto habitare et modestius se gerunt & minus gravatim exeunt, ita qui intelligunt domicilium corporis ad breve tempus a natura commodatum esse, et vivunt temperantius, & libentius moriuntur.
Seneca.

(95.) 2515.

N3: Spartanus quidam interrogatus, num tutum esset ad Spartam iter; Refert inquit, qualis eo descendas. Plut.

(96.) Hypocrysis.

Quidam lenocinio verborum nihil ad rem pertinentium rem commendari putant. Erasm.

(97.) Diactancia.

Noli te putare quicquam fecisse, cum feceris, et plenissimè cuncta fecisti Chrysost.

(98.)

Cato dicebat nihil agendo homines malè agere discere. Columella. l. 12.

(99.)

N3 Nemo securus in hac Vita esse debet quæ tota tentatio nominatur. Aug.

(100.)

Rusticus quidam videns ad Regem Artaxerxem varia deferri donaria, nec aliud habens quod largiretur utraq, caua manu haustam e proximo flumine aquam illi obtulit vultu alacri. Rex lætatus jussit illi dari Phialam auream, ac mille Dariis donauit hominem. Plutarch. in apophth. reg.

Cent: XXVI.

(1) (2501.)

Apud Thessalos capitale est occidere, ciconiam non ob aliud nisi quod serpentes interficiat: Parcitur & apud Britannos miluis quod urbem raptis extis pecudum repurgent: ita quibusdam honos habendus, non quod ipsi digni sunt, sed quod illarum opera nobis sint usui. Erasm.

(2.)

Nihil agere semper infelici est optimum. Senec:

(3.)

In otio inconcusso jacere non est tranquillitas malitia est.
Attalus Stoicus dicere solebat: Malo ut me fortuna in castris quam in delitijs habeat. Sen: Ep: 68.

(4.)

Lysander Lacedæmonijs segniter Corinthiorum murum oppugnantibus, cum leporem fossa vidisset exilientem, Eos, inquit, timetis hostes, quorum ignavia lepores in muris dormiunt. Plut. apopth:

(5.)

Archilochum Poëtam Lacedæmonij quanquam genere Spartanus esset, urbe expulerunt; quod carmen scripserat in quo ostendi videbatur -

5. Satius esse in Prælio arma quàm vitam amittere; nam eo doctrinæ genere arbitrati sunt homines ignaviæ atq; timiditatis plus habituros. Fulgos: l. 6. c. 3.

(6.)

Pessimæ matris, ignorantiæ pessimæ itidem filiæ, sunt se: falsitas & dubietas, illa miserior ista miserabilior, illa perniciosior ista molestior. August.

(7.)

Non ē parum scire quod nescias. Greg: moral:

(8.)

Scoeleris poena tristis: & præter eos euentus qui sequuntur, per se ipsa maxima est: Cic: 2. de Leg:

(9.)

Miser ē vir improbus felix licet: Corn: gl.

(10.)

Deus malè audit ob beatos improbos. 11 ijd:

Consortium te reddet improbi, improbum. ijd:

(12.)

Milites Cæsaris in Galliis Triumphantes versiculos jactabant in Cæsarem: Urbani seruate uxores mocchū caluum adducimus,

auro in Gallia stuprum emisti hic sumpsisti mutuum. Erasm. apophth.

(13)

Quid est Sapientia, Semper idem velle atq idem nolle, non pt. idem placere, nisi rectum. Senec: in Prov.

(14)

Onus animi (: de Inconstantia loquitr. Seneca:) deponendū ē, non ante tibi ullus placebit locus, Vadis huc & illuc, ut excutias incidens pondus, quod ipsa jactatione incommodius fit. Sicut in navi onera immota minus urgent, inæqualiter convoluta, citius eam partem in quam incumbunt demergunt.

(15.) 2497.

Magis quis veneris qm quo interest. bene vivere omni loco positum ē. id. ibid.

(16.)

De Principe Nerua, Fronto consul ad Populum dixit: Malum esse sub Principe vivere qui nihil Pejus sub eo qui omnia permitteret; nil prohiberet. S. aurel. victor.

(17.)
Antistenes audiens Platonem de ipso malè loqui. Regium est inquit, cum benefeceris audire malè. Laërt. l. 6. c. 1.

(18.)
Sumere vindictam ex inimico si te inimicum senserit, perdidisti gravius adversarium, securitate deceptum, nocere nescit qui se velle nocere prodiderit. Senec: l. 1 de Morib.

(19.)
Ut hostis semper imminens muris in causa est, ut vigilet ac sobria sit Civitas; Sic inimicus observans quid agas, facit ut nihil agas discauè et temerè. Plut.

(20.)
Qui non repellit à socio si potest injuriam, tam est in vitio quam ille qui infert. Ambr. de Offi.

(21.)
Si vindicare vis, sile, & funestam inimico dedisti plagam. Chrysost.

(22.)
Memoria beneficiorum fragilis injuriarum tenax. Senec:

(23.)
Injuria injuste irrogata ejus infamia est qui fecit. id. in Prov: ad

(24.)

Viri boni est scire pati, nec facere injuriam. id. ibid.

(25.)

Ut corpus ensis verba mentem sauciant. Com. Grae.

(26.)

In Calamitosos risus etiam injuria est. Multis minatur qui uni facit injuriam. Senec. inferatq NB.

(27.)

Ut tela à duro resiliunt cum dolore cedentis solida feriuntur, ita nullum magnum animum injuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit. Senec:

(28.)

Quandoq́ satius ferre injuriam quam majore incommodo ulcisci. Erasm.

(29.)

Ludovicus XII Gall: Rex dicebat; verissimum esse comperio illud sapientis dictum, Capitalem esse injustitiam eorum qui cum maximè fallunt, id agunt ut boni videantur. Annal. Franc:

~~[illegible]~~ idem

Totius justitiæ nulla est capitalior pestis, quam eorum, qui tum, dum maximè fallunt id agunt ut boni viri videantur. Cic. 1. officior.

(30.)

Innocentem quisq' se dicit respiciens testem, non conscientiam. Senec. x

(31.)

In malis sperare bonum, nisi innocens, nemo solet. Id. l. i. De ira x

(32.)

Bion olim cum sceleratis navigans incidit in Prædones, illis dicentibus Actum est de nobis si agnoscamur. & de me inquit nisi agnoscamur.

N.B. bonis innotuisse salus est. Laërt. l. 4. c. 7

(33.)

Socrates jam ad mortem damnatus Appllodoro complorantí, dicentiq', innocens morieris; quid? inquit, num

N.B. me nocentem mori malles. Xen. in apol.

(34.)

Plato, cum ei quidam narraret nonnullos esse qui illum maledictis insectarentur, At, ego, inquit, sic vivam, ut illis non habeatur fides. Anton. P. 2. Melis. Serm. 69.

(35.)

Invide, quid suspiras? propriumne malum an alienum ~~malum~~ bonum. Basil. de invid. serm.

(36.)

Miserrima est fortuna, quæ inimico caret.

(37.)

Mala perpatrare cogit ira plurima.
Com: graec:

(38.)

Vim suscitat ira. Virg: l. 5 Aeneid.
Pro telo geritur quicquid suggesserit ira. Claud. de Irae:

(39.)

Ira quae tegitur nocet,
Professa perdunt odia vindictae locum. Senec in Med:

(40.)

absit ira procul, cum qua nihil recte nihil considerate fieri potest. Cic. 1. off.

(41.)

Respicere nihil consuevit iracundia.
Senec. in prov:

(42.)

Quo minus prae se fers iram eo ab ira magis premeris.
Finis namque irae e initium poenitentiae: id: ibid

(43)

Democritus ad quendam flagris saevientem in servum, Desine inquit te servo tuo similem ostendere. Servus enim e qui suis cupiditatibus imperare non potest. Erasm:

b.

(44.)

Durum ē ut qui nescit tenere moderamina vitæ suæ judex sit alienæ, Gregor. in Eccl. 7. glos.

(45.)

Judex peccatis veniam dare non potest. quia voluntati servit alienæ. Lactant.

(46.) Judex. 4188.

Qui statuit aliquid parte inaudita altera, æquum licet statuerit, haud æquus ē. Senec. in Medea.

(47.)

Est sapientis judicis, meminisse se hominem; cogitare sibi tantum esse permissum quantum commissum sit et creditum. Cic. pro Cluent.

(48.)

Scriptum sequi, calumniatoris ē, boni vero judicis voluntatem scriptoris, autoritatemq́ defendere. Cic. pro Cæcin.

(49.)

Fatetur facinus is, qui judicium fugit. Senec: in prov:

(50.)

Molestius ē inter duos amicos, quam inter duos inimicos judicare. Id. ibid.

(51.)

Pythagoras, qui de malis inquit, poenas ō sumunt, bonos affici volunt injurijs. Stobæ. serm. de Mag.

(52.)

Si de rebus perperam judicamus nostrum ē vitium non rerum. Senec:

(53.)

Ille qui exigit juramentum, si scit eum scisse novit, vidit et falsum juraturum esse scit, dum jurare cogit, homicida ē. August.

(54.)

Qui jam jurat ejus fides in suspicionem venit. Philip.

(55.)

Considerate agere pluris ē, quam cogitare prudenter. Cic. 1. offi.

(56.)

Nec illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur possunt sine ulla particula justitiæ vivere. 2. offi.

(57.)

Mutatio laboris debent esse inducia quietis. Aug. de Virginit.

(58.)

Non sentitur sedulitate labor. Ovid. 4. Fastor.

(59.)

Ut rosa, flos unus omnium gratissimus de spinis nascitur, sic ē tristibus et asperis laboribus fructus capitur jucundissimus. Plutarch.

(60.)

Animus moderatis laboribus adjuvatur. Plutarch.

(61.)

Interdum lacrymae pondera vocis habent. Ovid. l. 3. de Pont.

(62.)

Ibi est à Vanitate remota laudatio, ubi etiam Vituperatio ab offensione secura est. August.

(63.)

Plures in hoc ipso placere cupiunt, quod placere contemnunt, et mirum in modum, laus, dum vitatur, appetitur. Hieronym.

(64.)

Vitium est omnia credere, Vitium ē nihil credere. Senec. l. de morib.

(65.)

Quam magnum ē nolle laudari et esse laudabilem. Senec. prov:

(66.)

Ambrosius de liberalitate loquens – nemo inquit, plus tribuit quam qui sibi nil requirit. l. 1. de viduis.

(67.)

Affectus tuus nomen imponit operi tuo. idem. l. 1. de offic.

(68.)

Ennius inquit. bene facta male locata male facta arbitror. Cic. 2. offic.

(69.)

Melius apud bonos quam apud-fortunatos beneficium collocari puto. Cic. 2. offic.

(70.)

Aristippus cum Xeniadæ serviret amici agebant de eo redimendo, At-ille, nequaquam inquit an nescitis Leones non ijs servire à quibus alun-tur, sed altores potius servire Leo-nibus. Nam Leo ubicunq́ est sem-per Leo est. Laert. l. 7.

(71.)

Cui peccare licet peccat minus . . .
. . . desine crede mihi vitia irritare =
vetando.
ovid. 3. amor. 4.

(72.)

Innocuos censura potest permittere luxus,
Lasciva ē nobis pagina, vita proba ē.
Martial. l. 1. Epigr.

(73.)

Damonidas cum à chori magistro po-stremum in choro locum accepisset Euge inquit Chorage, Reperisti-quo pacto et hic locus cum per se-sit inhonoratus fiat honorificus. Plut. in Lacon.

(74.)

Agesilaus, (rex puer) dicebat non locum viris, sed viros, loco con-ciliare dignitatem. id d. l.

(75.)

Periculum ē dicere non solum falsa, sed etiam vera, si is ea, non quibus oportet, insinuet, quod vitium quadripartitum ē, vel adulationis vel avaritiæ, vel jactantiæ vel loquacitatis incautæ. Ambros:

(76.)

Quemadm. sapienti viro incessus modestior convenit; ita oratio pressa non audax. Senec:

(77.)

Nuda [q] per lusus pectora nostra patent. Ovid. l. 3. de art. am.

(78.)

Socrates, cum luderet supposita cruribus arundine cum pueris, ab Alcibiade irrisus noli inquit Socrates cuiquam dicere quod modo à me videris donec ipse tibi etiam liberos procreaveris. Plutarch.

alij hoc de Agesilao dicunt. vi. Aelianus. l. 12. de var. hist.

(79.)

Antisthenes quodam prædicante delitias, hostium inquit filijs contingat in delitijs vivere. Laert. l. 6. c. 11.

(80.)

Periculosum ē Magisterium, Discipulatus securus est. August.

(81.)

Qui reip. præsunt legum similes sint qui ad puniendum, non iracundia sed æquitate ducuntur. 1. offic.

(82.)
Antisthenes ad Remp. capessendam eundum ẽẽ velut ad ignem, ne nimis admotas exuraris, procul amotus frigescas. Stob: Serm. 43.

(83.)
De Inimico dices non nocuit mihi sed animum nocendi habuit (Magnanimus) Senec. de 4 virt.

(84.)
Magnum et honestum vindictæ genus ē ignoscere. id. ol.

(85.)
Magnanimo nihil ē magnū. id. Ep: 23.

(86.)
de Stilpone Philos: dr. qd fortis & strenuus ipsam sui hostis victoriam vicerit. id. ol.

(87.)
Zoilus amphipolitanus se ideo omnibus maledicere dicebat quod cum velit malè facere non possit. Ælian. l. 11. de var. hist.

(88.)
Diogenes cuidam Conuitiatori, at nec mihi inquit, credit quisquam te laudanti nec tibi me vituperanti. Anton. in Meliss.

(89.)
Contemptus cujuscunq́ præcepti præcipientis injuria ē. Hieron. in Ep:

(90.)
Medicus loquax secundus ægro morbus ē. com. græc.

(91.)
In hac sc: medicina (artium sola euenit ut unicuiq́ medicum se professo statim credatur cum sit periculum in nullo mendacio majus. Plin.

(92.)
aurū vel diuitias per bellum quærere nefas ē. Cassiod. in Epist. l. 2.

(93.)

Timor non diuturni Magister est officij. Cic. Philip: 2.

(94.)

Plus in metuendo est mali quam in eo ipso quod timetur. Cic. A. Torq. famil. 1.6.

(95.)

Vires subtrahit ipse timor. Ovid. Ep. 14.

(96.)

Regna custodit metus. Senec. in Oedip.

(97.)

Sed malus interpres rerum metus omne trahebat,
Augurium pejore via. Claud. bel. get.

(98.)

Qui pavet vanos metus,
veros fatetur. Ovid in Oedip.

(99.)

Mercator opibus insolens tumet suis
cum dominus harum saepe sit ventus tamen. Com. grae.

(100.)

Quid si me tonsor cum stricta novacula supra est
Jam libertatem divitiasque roget?
Promittam; nec enim rogat illo tempore tonsor,
Latro rogat, res est imperiosa timor.

Martialis. 11. 59.

Cent: XXVII.

(1.) (:2601:)

Militare non est delictum: sed propter prædam militare peccatum ē. Aug: de Verb. dom.

(2.)

Nulla fides pietasq́ viris qui castra sequuntur,
Venalesq́ manus: ibi fas, ubi maxima merces.
Lucan. l. 10. bell. civ.

(3.)

Qui statuit inimicum ulcisci, minis nil aliud efficit; nisi ut præmonito inimico, sibi minuat lædendi opportunitatem. Plut:

(4.)

Apud Christianos non qui patitur, sed qui facit contumeliam miser ē. Hieron. in Ep:

(5.)

Miser mens incredula ē. Sen. in Herc:

(6.)

Calamitosus est animus futuri anxius, ante miseriam miser qui sollicitus ē. Senec:

(7.) Petere.

Sibi derogat qui alterum rogat. M.

(8.)

Qui timide rogat, docet negare. Sen. in Hyppolyto.

(9.)

Natura hominum prona est ad clementiam et in alieno peccato suiquisq́ miseretur. Hieron.

(10.)

Magnum timoris remedium clementia. Senec. in Oct.

(11.)

Magni animi est proprium, placidum tranquillumq́ eẽ, et injurias atq́ offensiones semper despicere. idem.

(12.)

Habitus mentis in corporis statu cognoscitur. Ambr. de Offic.

(13.)

Placere cunctis non soli tibi velis com. gr.

(14.)

Est majus alio quolibet moeror malum. id.

(15.)

Quem poenitet peccasse pene est innolens. Senec in Agam.

(16.)

Reddenda cunctis vita, tanquam debitum. Com. gr.

(17.)

Dum vita grata est mortis conditio est optima. Senec.

(18.)

Anaxagoras cum in exilio agenti nuntiata esset mors filiorum. Sciebam, inquit, me genuisse mortales. Laert. l. 2. c. 3. Ci. l. 3. Tusc. quaest.

(19.)

Ut nemo miratur liquefactum quod potuit liquescere; sectum quod erat sectile, exustum quod exustibile; ita mirandum non est mortuum esse qui erat mortalis. Plut.

(20.)

Delectant castas etiam praeconia formae. Hieron.

(21.)

Uxorem pauperem alere difficile est, divitem ferre tormentum est. Quid prodest diligens custodia cum uxor servari impudica non possit, pudica non debeat. Infida enim custos castitatis necessitas est. et illa vere pudica dicenda est cui licuit peccare sed noluit. id.

(22.)

Nihil tutum est in quo totius populi vota suspirant. alius forma alius ingenio alius facetiis alius liberalitate solicitat. aliquo modo expugnatur quod undique incessitur. id.

(23.)

Salus et exitium mulier est aedibus. Com. gr.

(24.)

Deus mulieri cuilibet silentium. comic. graec.

(25.)
Protagoras interrogatus quam ob causam inimico filiam nuptam dedisset? Quia, inquit nihil ei dare poteram deterius. Maxim.

(26.)
Democritus, sciscitatus, cur cum magnus esset, parvam duxisset uxorem; Ego inquit, in malo eligendo quod minimum erat, elegi. Maxim. Serm. 39.

(27.)
Mundus iste periculosior ē blandus quam molestus, & magis cavendus cum se illicit diligi, quam cum admonet cogitq contemni. August.

(28.)
Alphonsus magnopere laudare solebat dictum nescio cujus, hostibus fugientibus pontem argenteum exstruendum eē: quod putaret, hostes pecunia solicitandos, ut ab acie discederent. Erasm. l. 8 Apophth.

(29.)
Ut bilanx in eam vergit partem unde plus accepit, sic quidam nunc huic nunc illi favent qui plurimum det non cujus cāa sit optima. Erasm.

(30.)
Nulla naturalia aut animi aut corporis vitia ponuntur. Quicquid infixum & ingenitum ē, lenitur arte non vincitur. Senec: 20. Epist.

(31.)

Anacharsis, cuidam roganti utrum arbitraretur plures esse mortuos quam vivos? Navigantes inquit in utro numero ponis, Dubitans anbi essent inter vivos habendi, qui vitam undarum ac ventorum arbitrio commisissent. Laërt. l. 1. c. 9.

(32.)

Percunctatorem fugito nam garrulus idem est,
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures. Hor. Epist.

(33.) Curiosus.

Ut fele prætercurrente tollunt homines è medio Obsonia: Ita apparente curioso vertunt institutum in sermonem donec abierit, ut minus jam norit rerum quam cæteri. Plut.

(34.)

Difficilem oportet aurem habere ad crimina. Publ. Syr.

(35.)

Virtus est ubi occasio admonet dispicere. Plaut. persa.

(36.)

Cum Diogeni fur de nocte sacculum cum nummis subtrahere conaretur & ille sentiret Tolle, inquit, infelix ut facias utrumq dormire. Senec in prov. Phil.

(37.)

Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus hujus vitæ & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. August.

(38.)

Viri character ejus est oratio.
Com: Græc:

(39.)

Mulier rectè olet ubi nihil olet.
Postea nequicquam ornata est
bene si morata ē male. Plaut.

(40.)

Marcus Cato rogatus à quodam qui mane surgens caligas a soricibus arrosas reperisset, quid mali hoc portenderetur; Non est, inquit ostentum, quod sorices arroserunt caligas sed si caligæ arrosissent sorices id demum fuisset ostentum. Plut:

(41.)

Appius Claudius dicere solitus ē Populo Romano longe melius committi negotium quam otium. Valer. Maxim.

(42.)

Boni Parentis ira nulla in filium
Com. Græc.

(43.)

Anacharsis interrogatus qua de causa operam non daret proli; respondit quia nimis amaturus essem liberos. Stob:

(44.)

Non bona patientia ē cum possis ēē liber servum te permittere fieri. Vera patientia ē pati vel agere contra quod libeat sed non præter quod liceat. Bernh:

(45.)

Nihil potest ēē fortius nihil egregius quam audire noxia et non respondere contraria. Cassiod.

(46.)

Lætius est quoties magno sibi constat honestum. Lucan. l. 9. bel. civ.

(47.)

Patientiam suadere facile, non pati. Com. grec.

(48.)

Phocion cum à suis reprehenderetur, quod hominem improbum in judicio defendisset at nemo bonus inquit Patrocinio indiget. Plut:

(49.)

Difficilius arrogantia quam auro & gemmis caremus: his n. abjectis interdum gloriosius tumemus, & venerabilem paupertatem populi auræ offerimus, Plus n. ē animum deposuisse q̄m cultum. Hieronym. Ep. 120.

(50.)

Paupertas inopia mentis est non in quantitate possessionis, nam, cui cum paupertate bene conuenit diues est. Greg. in Ezech: 6.

(51.)

Laris & fundi paupertas impulit audax ut versus facerem. Hor. l. 2 Ep. ad flor.

(52.)

Paruo fames constat, magno fastidium. Senec: Ep:

(53.)

Ne imparatos fortuna nos deprehendat fiat nobis paupertas familiaris. id

(54.)

Multis ad Philosophandum obstitere diuitiæ: Paupertas autem expedita secura est. Aut ergo pauper sis aut pauperi similis, si animo vacare vis. id. Ep: 17.

(55.)

Lycurgus percontanti quam obrem hostium cæsorum cadauera spoliare vetuisset; Ne inquit, dum spolijs incumbunt pugnam negligant; sed paupertatem una cum ordine servent. Plut. in apopth. Lacon.

(56.)

Socrates dicebat, si res meæ mihi non sufficiunt; ego ipsis sufficio, & sic in ipsæ mihi. Stob: serm: 95.

(57.)

Pax vera ē Concordiam habere cum moribus probis & litigare cum vitijs. Cassiodor. in Ps.

(58.)

Meneclides invidens Epaminondæ gloriæ, suasit Populo ut pacem haberent bello potiorem; cui Epaminondas, fallis inquit cives tuos, qui otij nomine eos ad servitutem vocas. Plut.

(59.)

Peccantis lapsus non dono adscribendus est potestatis, sed vitio voluntatis. Bernh: de Liber. arbitr.

(60.)

Majoris est culpæ manifestè quam occultè peccare, : dupliciter enim reus est qui apertè delinquit quia et agit et docet. Isidor. l. 2. de sum. bon.

(61.)

Peccati dolor et maximus et æternus ē. Cic.

(62.)

Major peregrini ratio haberi solet. Com: Græc:

(63.)

Desiderata diu dulcius obtinentur. Aug:

(64.)

Honestius ē rem negare quam longos terminos dare quia minus decipitur cui celeriter negatur, unde res, ad multam instantiam adhibita cara videtur Emtori. Cassiodor. in Ep.

(65.)

Ingenuitatem lædes cum indignum roges; Negat sibi ipse, qui quod difficile est petit. Petenti authoritas datur, cum credit dominum præstare posse quod petitur. Senec: prov:

(66.)

Egomet mi ignosco, Mænius inquit,
Stultus & improbus hic amor est
dignusq́ notari. Hor: Od. j.l.18.

(67.)

Hoc Turpissimum est quod nobis objici solet, verba philosophiæ non opera, nos tractare. Sen. Ep. 14.

(68.)

Demonax a quodam interrogatus cujusnam Sectæ philosophus esset, ridens respondit; Tu me ex barba philosophum esse judicas ipse autem Barbam non habes. Erasm. lib: 8. Apophth.

(69.)

Quidam, conspecta tabula quæ picturam habebat, quomodo Lacedæmonij trucidarentur, ab Atheniensibus dixit fortes Athenienses. id Lacon audiens subjecit: in tabula. Plut. in Lacon

(70.)

Æquitas sine bonitate sævitia ē, & justitia sine pietate crudelitas. Etenim virtutes si separatæ sint dilabuntur. Petr. chrysost.

(71.)

Valde inutilis ē pietas si scientiæ discretione caret & nulla ē scientia si utilitatem pietatis non habet. Greg: lib: Moral.

(72.)

Estq́ pati poenam quam meruisse minus. Ovid. 1. Pont. 1.

(73.)

Ipsi peccato inest sua poena suppliciumq́. Plut:

(74.)

Prudentiores poenitentia efficit. Com. Gde.

(75.)

Si multi inebrientur vino, non obid incidendæ vites, ut fecit Lycurgus sed propius admouendi fontes. Plut.

(76.)

Adolescens quidam cum venderetur rogatus à licitatore Erisne frugi si fuero mercatus: Etiamsi id non fuerit mercatus respondit. Plut. ap. Laur.

(77.)

Thimotheus in aristophontem prodigum grauissimè invehebatur, inquiens: Cui nihil satis ē, eidem etiam nihil turpe. Ælian. 1.12.

(78.)

Major dimicatio est cum perfidia & proditione sociorum; quam cum hostibus. Livius 1. 2.

(79.)

Philippus interrogatus quos amaret praecipuè Respondit: Prodituros quidem imprimis amo, Eos vero qui jam prodiderunt, odi maxime. Stob. Ser. 25

(80.)

Dubitatur an sit beneficium, cujus dilatio cruciat expectantem. Petr. chrysost. in quad Epist.

(81.)

Illis promissis standum non ē quae coactus quis, metu aut deceptus dolo promiserit. Cic. 1. offic.

(82.)

Cum Leosthenes civitatem athenienstium ad bellum pepulisset, magnificis spebus ad nomen libertatis ac principatus erectam, Phocion, illius verba dicebat ēē cupressis similia quae sublimes cum sint ac pulchra fructum non habent. Plut. in apophth.

(83.)

Nemo frangitur adversorum molestia qui prosperorum delectatione non capitur. Aug. de Verb. dom.

(84.)

Neminem eo fortuna provexit: ut non tantum minaretur illi, quantum promiserat. Senec. Ep. 24.

(85.)

Ubi deē mens, disciplina nil juvat. Com. grae.

(86.)

Prudens vir, omni haud aptus ē negotio. Com. Graec.

(87.)

Prudens non dubitat sed exspectat, non suspicatur, sed cavet. Senec.

(88.)

Diogenes adolescenti erubescenti, bono animo es, inquit, fili, istiusmodi est virtutis tinctura. Laërt. in ejus Vit:

(89.)

Occultam culpam sequitur aperta percussio: ut malis exterioribus interna puniantur, & cor publice corruat quod latenter peccabat. Cassiod: in Psalm.

(90.)

Puritas cordis in duobus consistit in quaerenda gloria & utilitate proximi. Bernhard:

(91.)

Conscia mens ut cuiq' sua est ita concipit intra
Pectora pro facto spemq' metumq' suo.
Ovid. l. 2. fastor.

(92.)

Gravissimum poenae genus est contumeliosa venia. Senec. l. de morib.

(93.)

Irae amantium aut nuper conjugatorum facile accenduntur sed et eadem facile extinguuntur si nemo se admiscuerit. Plutarch.

(94.) Metus in Imperio.

Violenta nemo imperia continuat diu.
Senec in Troad.

(95.) Invidia. Regnum.

Regnare non vult, ee qui invisus timet,
Simul ista, mundi conditor posuit Deus
odium atq regnum. Senec in Thebaid.

(96.) Exemplum Regis

Rex velit honesta nemo non eadem volet
id. in Thyeste.

(97.) Ratio.

Si vis omnia tibi subjicere, te subjice rationi.
Senec: Ep:

(98.) Cultus divini facilitas.

Lycurgus percunctanti cur instituisset
„ut minutis ac vilibus rebus sacrifica-
„retur, ne unquam, inquit Lycurgus
„deficiat nos quo numen honoremus.
Plut in Lacon.

(99.) Vita. Mandata.

Nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent qm vita regentis.
Claud. de 4. honor. Cons.

(100.) Divisio.

Non est infirmior manus quod in digitos
sit dissecta sed ad operandum agilior,
ita negotia multis communicata
in Rep: plenius conficiuntur. Plut.

Cent: XXVIII.

(2701.) (1) Risus intempestiu.

Malum graue ē ridere non in tempore. Com. græc.

(2.) Saltatio.

Alphonsus, audiens, Scipionem saltatione animum relaxasse saltatorem ab insano nihil differre dixit, nisi quod hic, dum saltat, ille autem dum viuit insanus ē. Panorm. l. 1.

(3.) Seuera prudentia.

Cum magnis viris insanire aliquando decorum videtq. Panorm. l. 2. de Alph:

(4.) Lætificatio ægrotis.

Naturalis cura ē ægris dare lætitiam, nam fac inualidum gaudere & sanatus est; Cassiod: l. 2. Ep:

(5.) abstinentia. 2401 & seqq.

Gorgias dixit: nihil unquam voluptatis gratia se aut comedisse aut fecisse ~~[illegible]~~ Stobæus.

(6.) Sui contemptus.

Non fiet quisq́ qualis ēē cupit nisi oderit qualis est. Aug: de ver: relig:

(7.) Sapiens ubiq́ domi.

ubicunq́ accesserit sapiens ubiq́ ciuis est, ubiq́ sua esse intelligit; nusquam se peregrinum, nusquam hospitem se judicat. Ambros: ep. 36.

(8.) Spei argumentum.

Nihil magis ad spem percipiendæ sapientiæ mentes exigit, quam cum eos, quos in sapientia clarescere miramur, aliquando parvulos & indoctos fuisse meminimus. Gloss. in 4. Cap. prov:

(9.) Sapientia.

Mater omnium bonarum artium est sapientia à cujus amore græco verbo nomen philosophiæ invenit. Ci. 1. de L.

(10.) Scire se nescire.

Hæc est omnis una; non arbitrari sese scire quod nesciat. Cic. quæst. Acad. ob eam rem Socrates om. sapss. ab oraculo judicatus.

(11.) Consilium.

Parva sunt foris arma nisi est consilium domi. Cic. 1. offic.

(12.) Senex inter juvenes.

Juvenum odiosus vir senex in coetibus. Com: græc:

(13.) Senectus.

Cani judices ætatis non prudentiæ. id.

(14.) Senectus et nuptiæ.

Theodectes dicebat senectutem et nuptias res esse similes; utramque enim (inquit) consequi desideramus, postquam vero nacti sumus, tristamur. Stob: serm: 66.

(15.) Verba.

Democritus ait: in speculo faciei figura in verbis autem animi qualitas uniuscujusque hominis deprehenditur. Stob:

(16.) Malum voluntarium.

Nulla Servitus turpior ē qm voluntaria. Senec.

(17.) Prudentia. Simplicitas.

Prudentia absq simplicitate malitia ē. Hieron.

(18.) Injustitia sub Specie justi.

Simulata æquitas ē duplex iniquitas quia iniquitas est et simulatio. Aug:

(19.) Ex fine judicium.

Exitus manifestat quod à principio celabatur et quæ dubia sunt in origine probantur à fine. Hug. de Medit.

(20.) Sobriet: usus.

Sobrietas ē singulare virtutis auxilium August:

(21.) Animus magnum.

Scitote, tam benè hominem culmo quam auro tegi; Cogitate, nihil præter animum esse mirabile; cui magno nihil magnum ē. Senec:

(22.) Ebriet: effectus.

Alphonsus dicebat furorem & libidinem ebrietatis esse filios. Panorm. l. 2.

(23.) Amicitia æquat amicos.

Amicitiæ pares aut quærunt aut faciunt. Chrysost:

(24.) Fallere ex præt: amicitiæ.

Perditissimi est hominis, simul & amicitiam dissoluere & fallere eum, qui læsus non esset nisi credidisset. Cic.

(25.) Quis.

Ante circumspiciendum ē cum quibus edas et bibas, q̄m quid edas & bibas. Sen.

(26.) Comes.

Comes facundus in via pro vehiculo ē. id.

(27.) obscurus vita.

Qui latitant & torpent mortem suam antecesserunt. id Ep. 61.

(28.) Societas. Solitudo.

Nemo est cui non sanctius sit cum quolibet esse quam secum. id. prov.

(29.) Solitudo.

Malis periculosa ē solitudo. Cleantes, Laërt: l. 7. ch. 2.

(30.) Solitud: occupatio.

Pyrrhus deprehensus aliquando solus ac secum loquens: rogatus quid solus ageret; Meditor inquit esse probus. Laërt. l. 9. c. 11.

(31.) Vigilandum semper.

Epaminondas quempiam e vigilibus somno oppressum cum offendisset, gladio hominem transfixit. objurgatus autem ob tantam severitatem, Talem inquit eum reliqui, qualem inveni. Bruson l. 6. 18.

(32.) Spei indoles falsa.

Fallitur augurio spes bona saepe suo. Ovid. Ep: 16. Heroid.

(33.) ardua, aspera. bona.
Non datur ad musas currere lata viâ.
Propert: l. 3. 1.

(34.) Stultus potens.
Insipientis in libertate ruina vehementior est. Ambros:

(35.) Professio Arusp:
Vetus illud M. Catonis admodum scitum est qui, mirari se ajebat, quod non rideret aruspex aruspicem cum vidisset. Cic. l. 2. de Divin.

(36.) Disertus, Loquax.
Democritus cum animadvertisset quendam multa imperitè disputantem: hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur, sed omnino tacendi imperitus. Anton. & Maxim.

(37.) Approbatio ante assertion.
Nihil turpius est, quam cognitioni & perceptioni assertionem approbationemque præcurrere. Cic. 1. Acad.

(38.) de alijs promissio.
Temerè de altero affirmare est periculosum, propter occultas hominum voluntates, multiplicesque naturas. Cic. Brut.

(39.) Loquacitas.

Satius est temerè mittere lapidem quam verbum. Nilus in Sentent.

(40.) Tempora bona.

Ne dicas, priora tempora meliora fuêre, quàm nunc sunt, virtutes faciunt dies bonos, vitia malos. Hieronym.

(41.) Oblivio.

Oblivionem tempus affert omnium. Com. grde.

(42.) Metus reddit injustos hoies.

Justum esse facile ê, cui vacat pectus metu. Senec in octav:

(43.) Metus.

Tunc plurima versat
Pessimus in dubijs augur timor.
Stat: lib. 3. Thebaid.

(44.) Dolor Clandestinus.

Non luget, quisquis laudari Gellia quærit
ille dolet verè qui sine teste dolet.
Mart. l. 1. Epigr.

(45.) Metus in Imperio.

Qui sceptra duro sævus imperio regit,
Timet timentes, Metus in authorem redit.
Senec: in Oedip.

(46.) Tyrannis.

Phalaris dicere solebat, Ego, qui expertus utrumq' sum, Tyrannidi malim subesse quam esse, · Subditus n. aliorum malorum securus, unum Tyrannum metuit; Tyrannus autem eos qui foris insidiantur et illos per quos servatur. Stob: serm: 47.

(47.) Cogitatio.

Quicquid pudet dicere pudeat cogitare. Hieronym.

(48.) Interrogatio fraudulenta.

Non meretr audire veritatem qui fraudulenter interrogat. Hieron:

(49.) Puritas. Veritas.

Nihil est ad defendendum puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius. id.

(50.) Veritas.

Quid verba quæris: Veritas odit moras. Senec in Oedip.

(51.) Linguæ lapsus.

Inesse linguæ veritas lapsæ solet. com: græc.

(52.) Larvatio

Non inductr mulier veste virili, nec vir utetur veste foeminea, abominabilis enim apud Deum ē q. facit hoc. Deuteronom: 22.

(53.) Victoria.

Brennus, captâ urbe à Gallis Senonibus, diuq obsidione oppresso capitolio, pactum est inter Romanos Brennumq Gallorum Regem, ut obsidio ea lege solveretur; ut Romani 1000 pondo auri penderent, in illa forte auri pensatione de altera Lance gladium Cingulumq ferreum apposuit; interrogante autem Sulpitio quid hoc esset. Quid aliud inquit, nisi opprobrium victis. Plut: in Camillo.

(54.) invitus. Coactio.

Non qui jussus aliquid facit miser ē sed qui invitus. Senec: Ep: 62.

(55.) felicitas.

Magnæ virtutis est cum felicitate luctari, magnæ felicitatis est à felicitate non vinci. Aug. ni quad. serm.

(56.) Aliorum Virtutes amare.

Scias eum multis Virtutibus abundare qui alienas amat. Senec.

(57.) Audire. Videre mala.

acerba audire tolerabilius ē, quam videre. Cic: ad Torq. famil.

(58.) Vita. brevis.
Vita non est imperfecta, si honesta est; ubicunq́ desines, si bene desinas, tota ē. Senec. Ep: 78.

(59.) Vita.
Sapiens cogitat semper qualis vita, non quanta sit; non n. vivere bonum est, sed bene vivere. id.

(60.) Vita.
Diogenes dicenti, miserum ēē vivere, non inquit vivere miserum ē, sed male vivere miserum ē. Laert. lib: 6.

(61.) Vita ægrotantium. Pesagl.
Speusippum cruribus resolutum Diogenes hortabatur ut seipsum vita privaret, Cui ille, non cruribus inquit, vivimus sed mente. Stob. Ser. 116.

(62.) Accipere.
Quemadmodum quod jactu tesserarum cadat in nobis situm non ē, at, quod cecidit recte disponere in nobis ē: sic eventus in nobis non est, sed quod obvenit id in bonum vertere nostri muneris ē. Plutarch.

(63.) Velle. Posse.
Quum vult non pt. quia qndo potuit, noluit, ideo per malum velle perdidit bonū posse. August. de ver. apo.

(64.) Crebra pericula.

Dui non pt ee. securus qui periculo fuit proximus. Isid. lib. 3. de Sum. bon.

(65.) Voluptatis consuetudo.

Quidam se voluptatibus immergunt, quibus in consuetudinem abductis carere non possunt; ob hoc miserrimi sunt, quod eo pervenerunt ut illis quae supervacua fuerunt, facta sunt necessaria, serviunt itaq voluptatib, non fruuntur, & mala sua quod malorum ultimum ē, amant. Senec. Ep: 28.

(66.) Volupt: obsequi.

Si voluptati cessero, cedendum ē dolori, cedendum ē simul labori, cedendum est paupertati. id. ibid.

(67.) Voluptas.

Voluptas non ē merces nec causa virtutis sed accessio; nec quia delectat placet; sed quia placet delectat. Senec. lib. de beat. vit.

(68.) Obstrictus ad bona animus. Votum.

Non te vovisse poeniteat: imo gaude jam tibi non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Felix necessitas quae in meliora compellit. Aug: in Ep. ad Armen.

(69.) Votum impium.

Quod incaute vovisti non facias: Impia est promissio quae scelere adimpletur. Isidor lib. 2. Soliloquio

(70.) Vota servanda.

Juste exigitur ad solvendum qui non cogitur ad vovendum. Bernhr:

(71.) Foenus.

Musonius dicebat Rutilio, turpius est ad foenus dare, quam accipere.

(72.) Boni nosci amant.

Phocion populum atheniensem in Concione cum liberius reprehenderet eique Demades diceret: Laniabit te Phocion, plebs, si paululum insanierit; Quin inquit ille te potius, si paululum resipuerit. Brusonius lib. 7. c. 17.

(73.) Uxorem ducere.

Olympias dicebat, illum non sapere qui uxorem oculis non auribus etiam duxerit. Erasm. apophth.

(74.) Uxor est malum necessarium

Est ducere uxorem malum (: vera ut loquar:) Malum necessarium putari sed decet. Comic. graec.

d. 424

75.) Veritas.

Pro veritate non nisi veritate certandum ē et tali quidem quam ipsi animo probamus. H. Grot. l. 1 de verit. Relig. Christ.

(76.) Malis lucrum occasio.

Nemo gratis malus est. d. l. 2. § 6.

(77.) Dies festus.

Festus dies nihil aliud est quam officium suum facere. Thucydid.

78) Juramentum.

Pythagoras. Non jurandum per Deos, quemque enim id curare debere ut nec jurato sibi credatur.

M. Antonin. l. 3 in viri boni descriptione. Cui juramento uti non sit opus.

Sophocles Oedipode Coloneo

Nolo te adigere jurejurando ut malum.

(79.) Regnum Christi. & Mundi.

Mundus in Ecclesiam intrusus quosnam habuerit in ea effectus: Grot. recenset l. 6. de V. relig. ubi citat Chrysost. moral. 2. ad Corinth II. c. 12. v. 10.

(80) Deus. homin. cognit.

Insaniæ temeritatis esse existimo, naturam Dei qualis sit scrutari. Homini n. nec humana quantum ego existimo plane in aperto sunt tantum abest ut ei pateant ea quæ ad æternum numen pertinent. Procopius Gothicor. l. 1.

(81) Merx abtrusa.

Merito suspecta merx est quæ hac lege obtruditur ne inspici possit. Grot. l. 6. §. 2. de V. ch. verit.

(82.) Cultus dei. Religio. §. 8.

Cultus dei nullus est nisi ab animo volente procedat. — Coactus qui credit non credit. sed credere se simulat ut malu vitet. d. l.

(83.) auxilia ex malis.

à malis spiritibus haud quicquam impetrari potest quod non respiciendum sit, quia malus bonum cum simulat tunc est pessimus, & hostium munera insidiæ sunt. Grot. l. 4. §. 3. d. lib.

(84.) Defensio.

ad dictum Christi

Audistis dictum fuisse oculu pro oculo

& dentem pro dente. Ego vero dico vobis ne obsistite injurioso sed cædenti te in dextram maxillam alteram quoq; obverte. item: Qui angariabit te ad milliare unum abi cum eo duo. item Qui velit tecum litigare ut tunicam accipiat dimitte illi et pallium.

Sensus horum dictorum est in his quæ nobis sunt non multum incommodatura non urgendum nobis esse jus nostrum, sed cedendum ēē plus et quam alter postulet; ut et patientia et benignitas nostra omnibus innotescat. Grot. de j. B. & P. l. 1. c. 2.

(85.) Ignoscere. Parcere malis. 89. 90. h.

Tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli. d. a. d. l.

(86.) Necessitas.

Omnis honesta ratio ē expediendæ salutis. d. l. annot: § 3.

(87.) Defensionis jus.

Primum in omni genere dbt ēē defensio quia natura potior est salus nostra quam adversarii pernicies. Quintil: 7. c. 2.

(88.) Contumelia ex acceptione.

Contumelia non ab inferentis animo sed ex judicio eorum qui patiuntur aut fit, aut perit Chrysost. de stat. 1ma

(89.) ignoscere malis. 85.h.
Sicut ē aliqndo misericordia puniens ita et crudelitas parcens. Augustin.

(90.) parcere malis, mali ē.
Peccare et prohibere poenas peccantium in pari pono. Totilas ap. Procop: Gothicor. 2.

(91.) Vindicta. ultio.
Nobis autem dictum ē ne resistamus malo ne nos vindicta delectet quae alieno malo animum pascit. August.

(92.) Contentus animus.
Animus necessariis contentus alio ad sapiendum Magistro non eget. Polyb.

(93.) Defensio. occidi.
Etiamsi dubium non sit quin Deus, cui plus juris est in vitam nostram quam nobis ipsis potuerit à nobis patientiam eo usq exigere, ut in privati in periculum adducti occidi deberemus potius quam occidere; verior tamen videtur talem patientiam non ēē in obligaõe. H. G. l. 1. c. 3. de I. B & P. § 3.

(94.) Patientia clypeus.
Quantum patientia licet ut Deum habeat debitorem. Tertull. Gl.

(95.) auctoritas rei data.
Quod faciendi quis alii jus dat ejus ipse auctor censetur. Grot. dl.

(96) jus ex Voluntate.
jus ex voluntate metiendum est, non ex præstantia hujus vel illius Reip: formæ cẽ: Gr. dl.

(97.) Sors temporum.
Cujus jussu homines nascuntur hujus jussu & reges constituuntur apti ijs qui in illis temporibus ab ipsis regnantur. Irenæus.

(98.) Duratio. Innovatio.
Duratio naturam rei non immutat. Grot. d. l. §. 11.

(99.) Defensio. Ultio.
Ambros. l. 10. in Lucam. Ô Domine cur me emere jubes Gladium qui ferire me prohibes: cur haberi præcipis quem vetas promi? nisi forte ut sit parata defensio non ultio necessaria. Gr. dl.

(100.) Servire.
Seneca de Benef: l. II. c. 20 de Bruto locutus. Mihi cum Vir magnus fuerit in alijs, in hac re videtur vehementer errasse — qui aut Regis nomen extimuit — aut ibi speravit libertatem futuram ubi tam magnum præmium erat et imperandi et serviendi, aut existimavit Civitatem in priorem formam posse revocari, amissis pristinis moribus. Futuramq ibi æqualitatem civilis juris & statutas suo loco leges ubi viderat tot millia hominum pugnantia, non an servirent sed utri.

Cent: XXIX (2801.)

1.) Jus. justum. 3032.

Prætor etiam jus reddere dicitur cùm iniquè decernit. l. jus Plurib. ff. de. i. & iure.

(2.) Nostra quæ sint? Jussio.

Nostra facimus quibus authoritatem nostram impartimur. Gr. 21.

(3.) Occasio Crim: ex indulg:

Satius erat à paucis etiam justam excusationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari. Senec.

(4.) Christianorum bella.

Cui bello non idonei non prompti fuissemus etiam copijs impares, qui tam libenter trucidamur si non apud istam disciplinam magis occidi liceret quam occidere?

(5.) Christ. bella.

August: de christianis veteribus: Non erat eis pro salute pugnare nisi salutem pro salute contemnere.

(6.) Timor hominum.

Timor hominis Dei honor est. Tertull. de Poenit:

(7.) Defensio afflictorum.

Injuria oppressos defendere pro viribus oportet, & non negligere; illud n. justum bonumq́ e. Democritus.

(8.) Defensio. damn: alter.

Jus defensionis, per se & primario nascitur quod natura quemq' sibi commendat non ex injustitia aut peccato alterius unde periculum ē. Grot: l. 2. c. 1. § 3.

(9.) Metus justus. injustus.

Vibius Crispus apud Quintilianum: Quis tibi sic timere permisit?

(10.) abusus.

Grot: d. l. § 9. Vix quicquam potuit dici aut minùs verè aut magis periculosè eô Vasquij dicentis: Principem qui innocentem insultet desinere Principem ēē ipso facto.

(11.) Judicium falsi.

Perversa n. illa judicia nec rem nec rei aestimationem immutant. Grot: d. l. c. §.

(12.) Metus. Securitas.

" Sed ut vim pati posse, ad vim inferendam,
" jus tribuat, ab omni aequitatis ratione abhorret, . ita vita humana est ut plena securitas nunqm nobis constet, Adversus incertos metus (à divina providentia et ab innoxia cautione non à vi praesidium petendum est. § 17.

(13.) Proximus quisq' sibi.

Concessum ē, sibi ut quisq' malit quod ad vitae usum pertinet qm alteri acquiri, non repugnante naturâ. Cic. Offic. 3.

(14.) Integritas vitae. abstinentia.

Nonne igitr sapiens si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum, alteri, homini ad nullam rem utili, ? Minimè vero,

non

non n. mihi est Vita mea utilior quam animi talis affectio; nemenem ut violem commodi mei gratia.
Cic. offic. 3. vid: 18. hic.

(15.) Lucrum.
Si cui lucrum speratum sed non debitum decedat, id damni vice reputari non debet. Grot. J. B. & P. l. 2. c. 2. §. 13.

(16.) Denegaõ petiti beneficij. 2 4 15.
In beneficij negatione non ē injuria. d. l. §. 123. ult:

(17.) Tacere. consentire.
Qui sciens et præsens tacet videtur consentire; nisi alia appareat causa quia ~~....~~ cessat conjecturâ voluntas. Grot. c. 4. §. 5. in fin.

18.) Paupertas. Virtus. vid: 14 h. 3125.
Cum fame habitare Virtus recusat nec fert natura ut iidem et esuriant et agant fortiter. Procop: 4. Gotthic:

(19.) Sanguinis ratio etiam in malis lib.
Valerius Maximus de Quinto Hortensio filiam minus sibi probatam heredem scripserat, dicit: Quod sangui-ni honorem reliquerit. Gr.

(20.) Videre, Reperire. Invenire.
Scire ubi res ē, aliud est quam reperire. Ovid. Metham: 5. cit. Grot.

(21.) Promissio. alienatio.
Promissio est aut via ad alienationem rei aut alienaõ particula cujusdam nostræ libertatis. Grot. l. 2. c. 11. §. 4. d. J. B. & P.

(22.) Vitium Rerum ô tacendum.

is qui cum aliquo contrahit vitia sibi nota rei de qua agitur significare debet, tum nimirum cùm de ijs agitur quæ rem subjectam per se contingunt. Grot. d. l. c. 12. §. 9.

(23.) Tacere. Celare.

Diogenes Babylonius dicebat: non Celari omnia quæ taceantur; Nec quicquid tibi audire utile est, idem mihi dicere necesse est, ut de rebus cælestibus. Gr. d. l. & §.

(24.) Pretij diminutio.

Joh: Chrysostom: Quoties in Contractibus aut quoties emendum quid aut dependendum est, contendimus omniq modo laboramus ut æquo pretio minus demus, nonne huic facto quoddam inest furtum? Grot. d l. §. 11.

(25.) Pretia rerum. Cupido.

Margaritis pretia luxuria fecit. Plinius. & Cic. verrina de signis: Qui modus est in his rebus cupiditatis idem est æstimationis. cit. grot. §. 14.

(26.) Cupido est rei pretium.

Chose qui plaist est à moitie vendue. Pro. fr.

(27.) Jurare. indoles.

Is a quo jusjurandum exigitur perfidiæ ē suspectus. Philo. Grot. cit. l. 2. c. 13. in not. §. 21

(28.) Finis Media.
In moralibus, qui dat finem, dat ea quæ ad finem perducunt. c. 14. §. 11 in fine

(29.) Officium hom: & Prin. erga Deum.
Non tantum quisq́ pro se, sed et pro mandata sibi potestate servire Christo debet. Gr. l. 2. chap: 15. §. 12.

(30.) Executio mandati.
Gellius inquit dissolvi Imperantis officium si quis ad id quod facere jussus ē non obsequio dedito sed consilio non considerato respondeat. Cit. Grot: c. 16. §. 22.

(31.) Præsumptio.
Nemo credendus ē velle absurda. ibid.

(32.) Promissa statu quo.
Omnia esse debent eadem quæ fuerint cum promitterem ut promittentis fidem teneas. Senec. de Benef: l. 4. c. 35. ubi Grot. addit. Omnia, intellige pro actus ejus de quo quæritur natura, ut jam modo exposuimus. §. 27 in fine

(33.) Obligão ex subsequentibus actus.
Qui de actu tenetur semel tenetur de his quæ illum ex actus vi sunt consecuta, Gr: C. 17. §. 12.

(34.) Poenae causa, Finis.
Ne homini quidem nocebimus quia peccavit sed ne peccet. Senec:

(35.) Ultio permissa.
Melius est occurrere in tempore quam post vulneratam caussam remedium quaerere post exitum vindicare. Vestram igr vobis permittimus ultionem et quod serum est punire judicio, subjugamus Edicto, ut nullus parcat militi cui obviare telo oporteat ut Latroni. C. quand lic. unic. §. jud.

(36.) Leges de quibus condendae.
Oportet legem scribi secundum id quod obtineri potest, si quis velit paucos utiliter non multos inutiliter punire. Plut: Solone.

(37.) Gratus animus ex Voluntate.
Cum res honestissima sit referre gratiam desinit honesta esse si necessaria est. Senec: l. 3. de Benef: c. 6 & 7. 54 hic.

38) Gratus animus. 37. 54. h.
Non est gloriosa res gratum esse, nisi tutum est ingratum fuisse. id. ibid.

(39.) Excusatio.
Ego Reum laudari non desidero sed absolvi Senec: pater.

(40.) Crimen incognitum. 29 ii. 3178.
Peccati paucissimis cogniti publica traductio necessaria non est, quin imo damnosa. Grot: l. 2. c. 20. §. 22. de I. B. & P.

(41) Facilitas peccandi. hu. 60. 56.h.
ob facilitatem lex divina hebræis data gravius punit furtum de pascuo quam de domo. Exod. 22. 1 & 9. Gr: l. 2. c. 20. §. 35.

(42.) Intentio Crimen ipsum.
Injuriam qui facturus ē jam facit. Sen. fil. de ira lib. 3.

(43.) Cognitio Dei. Ethnic.
Extat apud Jamblichum Sententia Pythagorica,: Dei cognitio et virtus ē et sapientia, et perfecta felicitas. Gr. d1.

(44.) Religio. Subditi.
Cyrus apud Xenophontem ait, subditos hoc sibi addictiores fore, quo Dei essent metuentiores. Gr: h.

(45.) Religio falsa.
Dixere Imperatores haud male Religionem contaminatam ad omnium pertinere injuriam. L. 4. C. de heretic.

(46.) Atheismus.
Aelianus. l. 2. c. 31. ait Barbarorum neminem delapsum ad ἀθεότητα, sed ab omnibus affirmari et ēē numen et nostri curam gerere. cit Grot. c. 20 l. 2.

(47.) Religio.
Socrates apud Xenoph. Deum colere legem esse ait quæ apud omnes homines valeat. & Pomponius l. veluti de j. & jure. illam religionem juri gentium adscribit. Gr. d1.

(48.) Religionis adstipulatio. ex affectu.

Religio sua cuiq videtur optima, ut quae plerumq non ratione sed affectu dijudicatur. Philo.

(49.) judicium rer. ex affectu. 58.

Nemini ulla disciplina philosophiae probatur praeter eam quam ipse sequitur. Tenenturq adstricti pleriq antequam quid sit optimum judicare possint. Jo. h. cit. ex Cic. Acad: 4.

(50) Querulus.

Invalidum omne natura querulum est. Senec. de ira. lib: 1. vid: infra. no 3041.

(51.) Ultionis Incommoda.

Tyndareus adversus Orestem sic declamat in Euripidis Oreste.

Menelae si permittis hoc te interrogo;
irata si uxor conjugem occidet suum,
hanc ultor ipse filius tradet neci,
& rursus illo genitus hanc caedem nova
caede expiabit, finis quo stabunt mala?

(52.) Ultio non permittenda.

Maximus Tyrius in dissertatione an referenda injuria:

Nam si is qui passus est injuriam, ultionem sumet transsibit malum ab hoc ad illum, velut saltu quodam, & injustitiae injustitia succedet; Quippe si hoc jure posito concedis ei qui malum pertulit, vindicare in eum qui fecit, sequitur ut rursus ab hoc ad illum se referat ultio, Est enim justum, par utriq parti. Si id ita est quid nobis fecisti Jupiter. justitiam ex injuriis conflatam! & quo procedet, ubi vero stabit hoc malum?

(53.) Exempla poenæ.
Multos meliores faciunt aliena Supplicia, paris mali formidine. Phila. in Legatoe.

(54.) Gratus animus ex mera voluntate. ~~[illegible]~~.
ita demum turpe est non reddere beneficia si et licet. Senec. l. i. c. i. | 37. 38 hic.

(55.) Crimina. Errores.
Plutarchus in Cimone ait: quædam delicta deliquia magis virtutis alicujus quam ex vitio crimina sunt.

(56.) Calumniator. facilitas. 41. 60.
Chrysostomus de statuis oratione 2. cur obscurum sit ~~rebus~~ testam: probat Calumniatorem pejorem esse scortatore, fure, homicida; inde - quod illa culpa graviorem „ mereatur poenam quæ facilè corrigi potuit „

(57.) Desideria naturalia.
Naturalia desideria finita sunt; Ex falsa opinione nascentia ubi desinant non habent. Sen: Ep: 16.

(58.) Judicium ex anteacta vita.
Qua major pars vitæ atq ingenij stetit ea judicandum de homine est. Asinius Pollio.

(59.) Judicium ex moribus potiùs qm actionib.
Omnibus in rebus, judices quæ graviores majoresq sunt, quid quis voluerit, cogitarit, admiserit non ex crimine sed ex moribus ejus qui arguitur est ponderandum. Cic. in Sull.

(60) facilitas peccandi. vid. n. 41. 56.
Ea sunt animadvertenda peccata maximè quæ difficillimè præcaventur. Cic. pro Sext. Rosc. Amerino. Grot. 21.

44/8.

(61.) Vitia Vitanda m. ob mala.

Epicurus dicit crimina vitanda ẽẽ quia vitari metus non possit. ref: Senec. Ep. 97

(62.) Cognitio nr̃a ex Deo. 2912.

Julianus (inquit) ad Heraclitum: Credo sic animos nostros se habere ad Deum ut visu prædita ad lucem.

(63.) Error. Scelus.

Quis nomen unquam sceleris errori dedit?
Senec in Tragoedia.

(64.) Permittere peccari.

De Patientia ita habendum est, qui scit delinqui qui prohibere potest & tenetur nec prohibet eum ipsum delinquere. Grot. l. 2. c. 21. § 2. 1. B & P.

(65.) Prohibere.

Magis ille facit qui potest prohibere: apud Thucydidem.

(66.) Salutis remedia quæ.

Sed & hoc sciendum ẽ latrones ac Pyratas qui ita invaluerunt ut formidabiles se fecerint, recte recipi ac defendi poenam quod attinet, quia interest humani generis ut si aliter non possint impunitatis fiducia à maleficiis devocentur. Grot. d. l. 2. c. 21. § 5 in fine

(67.) Jus vitæ propriæ.

Statuimus neminem jus tale habere in vitam ut eam sibi ipse adimere aut adimendam obligare possit, nec in membra jus homini datum nisi corporis servandi causa. d. l. c. 21. § 11.

ubi & de vatibus disserit quos capitali judicio obligari non credit. d. l.

(68.) Vis.
Brennus dicebat: Omnia ēē Validiorum.
Attila: Quaeritur belli exitus non causa.
Et haec acies victum factura nocentem ē Grot. c.22.
et. id in summa fortuna aequius qd validius. 5.

(69.) bella utplurim. injusta.
Alij causas quasi justificas (belli) adferunt quae Expensae ad rectam rationem injustae reperiuntur, & ut Livius loquitur non certamen juris sed vim quaeri apparet,
Reges plerosq ait Plutarchus duobus nominibus; pacis & belli, tanquam nummis uti non ad id quod justum est sed ad id quod expedit

(70.) Regularum usus.
Rectum obliqui est index. Grot. l.2. c.22. §.2.

(71.) Utilitas. Jus.
Utilitas non facit par jus cum necessitate. §.6. h.

(72.) Servus; liber.
Albutij dictum ē. Neminem natum liberum esse neminem servum, haec nomina postea, singulis imposuisse fortunam. Gr. h.

(73.) ejusd. mat:
E lege venit ut alius sit liber alius servus.
Aristot: 1. Pol.

(74.) Utilitas dat. jus in eum?
Non si quid alicui est utile, id statim mihi licet ei per vim imponere. Gr. d. c.22. §.12.

(75.) Metus effectus.
Nolite metuere metu vanissimo quo Herodes ille major, cum Christus natus nunciaretur expavit et tot infantes ut ad eum mors perveniret

" occidit, timendo magis quam irascendo crudelior. Regnum (inquit Christus:) meum non est de hoc mundo: Quid vultis amplius? Venite ad hoc regnum quod non est de hoc mundo venite credendo et ~~non~~ nolite saevire metuendo. August:

(76.) Circumstantiis.
In moralibus circumstantiae in minimae variant materiam, & formae de quibus agitur solent habere interjectum quid, ea latitudine ut modo ad hoc modo ad illud extremum propius accedant, . ita enim inter id quod fieri oportet et inter id quod fieri nefas est, medium est qd licet, sed modo huic modo illi parti propinquius. Gr: c. 23. § 1.

(77.) Consiliarij Principum.
Dat sapere regi turba sapientum comes. Gr: h. § 4.

(78.) Principis Clementia.
Longe sit in suis qm in alienis exorabilior injurijs. Senec de Principe l. 1. de Clem. c. 20.

(79.) ejusd. mater:
Haud quicquam gloriosius principe impune laeso. Sen: paulo post:

(80.) Malum evit. bonum capt:
Aristides. Sicula 2da. Ubi major, spe-metus est quomodo non tempus est cavendi?

(81.) Terror. Victoria.
Pulcherrimum victoriae genus est terrore perdomare. ex Plin: Epist. not. Gr: h.

(82.) Pars totum.
Iniquum est totum fieri accessionem partis. Locus est apud Philonem fine lib. 2. de vita Mosis.

(83.) Virtus. arma.
Panegyrista. Tantum etiam inter arma bona conscientia sibi vindicat ut jam coeperit non virtutis magis quam integritatis esse victoria.

(84.) obligao ob beneficia.
Non omnia praestanda etiam Parentibus: Alioquin nihil est perniciosius acceptis beneficijs si in omnem nos obligant servitutem. Quintil.

(85.) Mentiri quis dicatur? vid. seqq. h.
Non mentitur qui dicit rem falsam quam veram existimat: sed qui dicit rem veram quidem sed quam falsam putat, mentitur. Hug: Grot. lib. 3. c. 1. §. 10. de J. B. & P.

(86.) Veriloquium.
omnino veriloquio utendum est, ubi id est melius. Democritus.

(87.) Decipere jure. Simulare

Amicos decipere licet ipsorum bono. Xenophon.

(88.) Dissimulare.

Qui recte consultat non utiq́ et verum dicit. Eustratius. Gr. l. 3. c. 1.

(89.) Læsi defensio verbalis.

Sthenelaidas Ephorus apud Thucididem lib. 1. Non est quod verbis et judiciis disceptemus ultra verba læsi.

(90.) Licere. vid. 97. b.

aliquando quod licet opponi videmus ei quod oportet. Grot. h. l. d. 1. 3. c. 4. §. 2.

Sunt aliqua quæ fieri non oportet etiamsi licet. Ammian. Marcell. l. 30.

Est aliquid quod non oportet etiamsi licet. Cic. orat. pro Balbo. & idem Pro Milon

Fas refertur ad naturam licere ad leges. Aliud est jura spectare aliud justitiam. Quintil. pater. Declam. 251. (ccli)

(91.) ejusd. mater.

Præter hunc effectum licentia id est impunitatis cf. Grot. d. loc. l. 3. dej. B. & P.

(92.) Crimina modò non publica. 2255.
Cyprian: Ep: 2. Homicidium cum admittunt singuli crimen est: virtus vocatur cum publicè geritur,. Impunitatem sceleribus acquirit, non innocentiæ ratio sed sævitiæ magnitudo. Deinde. Consensêre jura peccatis et coepit esse licitum quod publicum est. Sic Lactantius ait L. 4. Inst. c. 9. Romanos legitime injurias intulisse. et eod sensu Lucanus. Pharsalie. 1. Jusq datum sceleri.

(93.) Usus militum.
Generaliter de Servis qui virtute militum recuperantur, dictum est ab Imperatoribus illud quod ad res omnes malè trahitur: Receptos eos non captos judicare debemus, et militem nostrum defensorem eorum decet esse, non dominum. l. ab hostib. C. de Postl. Grot. l. 3. c. 9. §. 11.

(94.) Justitia. Pudor.
Plato inquit. — Justitia ac pudor ad amicitiam colligandam Vincula sunt.

(95.) ejusd. mater.
Plato lib: 12 de Legibus, ex Emend. Interpret. Grotij, dicit Comes pudoris justitia vocatur. Plutarch. vit. Thesei. justitiam pudoris cohabitatricem, apud Dionys. Halicarnass. Pudor decorum & honestum. Copulat Josephus. pudorem & æquitatem.

Paulus l. adopt: ff. de rit. nupt. conjungit naturale jus & pudorem.

(96.) Lex. honestas.

Quam angusta innocentia ē ad legem bonum esse? Quanto latius officiorum patet quam quam juris regula? Quam multa pietas humanitas, liberalitas, justitia fides exigunt? quæ omnia extra publicas tabulas sunt. Senec in philosophicis.

(97.) Licere.

Vocis licere, ancepho altera interior altera exterior est. Gros. dl. c. 10. §. 1.

(98.) Injuria alior. non ē jus nostrum.

Omnia dat qui justa negat. Lucanus. Melius Cic: Sunt quædam officia n. adversus eos servanda, à quibus injuriam acceperis. Est n. ulciscendi & puniendi modus.

Vide infra: 3047. 4323.

(99.) Factum ex ira.

Merito igr. quæ per iram fiunt censentur non ex proviso fieri. Non n. incipit is qui ex ira quid facit sed is qui iram provocavit. Atq. eo fit ut sæpè in judiciis rerum ejusmodi, non facti, sed legitima fiat quæstio. Nascitur n. ira ex eo quod quis injuriose factum existimat. Aristot: Moral. lib: 5. c. 10.

(100.) nocere ex necessitate permissum.

Hostem pugnantem necessitas perimat non voluntas. August. ad Bonifac. Ep: 1.

Cent: XXX. 2901.

(1) Exemplum.
Livius lib: 26. in Annibale, dicit quod ~~ille~~ praecipiti in avaritiam ac crudelitatem animo fuerit ad spoliandas. Sed addit ad plures exemplum quam calamitas pertinebat. Grot. c. 12. §. ult.

(2.) Deus ignotus. vid. 3185. 2977.
Grot. l. 3. c. 15. §. 11. in notis. ad § hunc
Melius est ibi aliquem Deum coli quam nullum ut Severi verbis modo diximus.

(3.) Fides.
Fides, supremum rerum humanarum vinculum est; Sacra laus fidei inter hostes, Quintil Patr.

(4.) Magnitudo. Malitia.
Valerius Maxim: de Annibale, Major ne vir an pejor habere deberet. inquit

(5.) Oneris impositio.
L'autheur des Suspirs de la france Esclave dans la 5me memoire, dit que Mr. le Cardinal Mazarin auoit coutume de dire de la france, qu'elle

etoit un bon asne, que plus on la chargoit mieux elle marchoit.

(6.) Conditionum author.

Est eius qui dat non qui petit conditiones pacis dare, ait Annibal. Grot. h.

(7.) Certum. incertum.

Sortis aleæ belli exitus licitè non semper subjici potest; sed tum demum quoties de re agitur in quam plenum habemus dominium. ... Attamen si vera æstimatione qui injusto bello impetitur tanto sit inferior, ut resistendi nulla spes
" sit, videtur sortem offerre posse ut certum
" periculum incerto evadat, hoc enim
" est de malis minimum. Grot. l. 3. c. 20. §. 42 in fine.

(8.) Fidem sequi.

Phanea, Ætolorum legato, cùm se suosque Ætolos fidei romanæ se permittere dixisset deinceps autem excepisset id quod imperaret Consul non esse moris Græcorum Cons. Manius respondit inter alia: De officio & decoro tunc disputatis cum jam vos fidei nostræ permiseritis? Grot. §. 50. d. l. ex Liv: lib. 36 & Polyb.

(9.) Possessio requirit scientiam.

Qui nescit possidere nequit. Paul. Jctus l. possideri §. Neratius. ff. de acq. possess.

(10) Scientia. Exercitatio.

Artifex est m. cui ad exercendam artem instrumenta non suppetunt Senec. de Benef. l. 5. c. 21. ubi m. est et disertus q. tacet.

(11.) Vetita. Ignota. 2840. 3178.
Foenus agitare et in usuras extendere ignotum, ideoq magis servatur quàm si vetitum esset. Tacit. de Germ: c. 26.

(12.) Prudentia à Deo.
La prudence del homme n'est qu'un rayon de Dieu, dés que le Soleil se cache il disparoit et devient noir. M. Morus. Serm: sur l'Epistre de St Paul. aux Rom: c. 8. v. 27.

(13.) Vita.
Quomodo fabula sic vita, non quam diu sed quam benè acta sit refert,. Embl: Polit: Reiffenbergij. Emb: 17.

(14.) Invidia.
Non minus periculum ex magna fama quam ex mala. Tacit in Agric: c. 5.

(15.) Interpretari. Patientia.
Absentia legati, remoto metu, Britanni agitare inter se mala servitutis, conferre injurias, et interpretando accendere coeperunt (dicentes:) Nihil profici patientia, nisi ut graviora tanquam ex facili tolerantibus imperentur. Tacit. in Agric. cap: 15. in Init.

(16.)

Paulinus (: Demetry legatus in Britannia deficientes :) egregius cætera, arroganter in Deditos et ut suæ quoq injuriæ ultor, durius cum consuleret; e Missus Petronius Turpilianus. tanquam exorabilior et delictis hostium novus, eoq poenitentiæ mitior, compositis prioribus nihil ultra ausus. Tac: Agr: c. 16.

(17.)

Tacit. de agricol. Ipsa dissimulatione famæ famam auxit, æstimantibus quanta futuri spe tam magna tacuisset.

(18.) Optimus quisq fidelissimus putandus e.
Tacit. d. l. d. c. 19

(19.) Neq exercitus neq ducis terga tuta sunt (inquit :) Agric: Tacit in ej. vit.

(20.)

Plerisq viros magnos per ambitionem æstimare mos e. viso aspectoq Agricola quærebant famam pauci interpretarentur Tacit. in ejus vit. c. 40. in fine.

(21.) 2419. 2420. Vitia aliorum.

Agricola simul suis virtutibus, simul vitijs aliorum in ipsam gloriam præceps agebatur. Tac: c. 41. in fine.

(22.)
Proprium est humani ingenij, odisse quem laeseris. Tacit. c. 42. Agric.

(23.)
Quomodo sterilitatem aut nimios imbres et caetera naturae mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerare oportet. Tacit. hist. 4.

(24.) Ars Poetic. foeminar.

Si è finalmente avveduto che la vera Poetica delle Donne, è l'ago e il fuso – e che gli esercitij letterarij delle dame co' virtuosi, somigliano gli scherzi e i giuochi, che trà loro fanno i cani, i quali dopo brieve tempo tutti forniscono alla fine in montarsi adosso l'un l'altro. Raguagli di Parnaso del Sig. Trajano Boccalini Romano. Raguagl. 22. Cent. 1.

(25.)
Nella disputa che in una general Congregaõe di letterati, chiamata da Apolline si faceva, sopra la sentenza, che per ben connoscere un huomo fa mestiere mangiar prima un moggio di sale; si diceva, che quella sentenza era vera in tanto che la Congregaõe inclinò nel parer di molti che dissero che la misura dovesse alterarsi fino a mezzo moggio di più: fondati in questa chiarissima ragione che negli huomini moderni ogni giorno più vedendosi

f crescere il vergognoso vitio della simulatione etc: ..... ogni buon termine di arithmetica voleva che con le corruttele degli huomini scelerati da letterati fossero moltiplicati necessarij remedij delle virtudi etc. Mà. ... Boccal: Cent: 1. 17. Ragguaglio

(26.) Philosophoz dicta & vita.
Seneca, in breve tempo ch'egli servì Nerone hà saputo acquistarsi il valsente di sette milioni e mezzo di facoltà, et con tante ricchezze hà fatto così brutta vergogna à quella povertà è quella moderatione di animo della quale ne' suoi scritti haveva fatta così particolar professione Ragguaglio 15. Cent. 1. Boccal.

(27.) Paupertas artes
Le buone lettere essendo nate nella povertà fa bisogno che vivino in lei come in loro particolarissimo elemento. d. a. Ragguaglio: 45. Cent 1.

(28.) Boccalini introducit Meliboeam ita loquentem. Là grandezza e potenza di un pecoraio non (: come credono molti auari e ambitiosi :) sta posta nell'haver millioni di pecore, mà che solo sia signore di tante quante un buon pastore può guardare con l'occhio governar con la verga e reggere col fischio. & e chiara la ragione perche nel troppo picciol numero delle pecore i pastori sempre si veggono mendici, : Mercè che la molta povertà

li constringe con troppa seuerità mungere e tosar la greggia loro. Cent: j. Ragu: 47.

(29.) Crinis ruber.

Rosso mal pelo. Boccal:

Il pelo rosso essendo raro nella faccia degli huomini all'hora che da dama alcuna vien amato e amesso à suoi abbracciamenti Caualiere di si pericoloso pelo egli à dito altrui mostra quell' adultero che tanto eccellentemente occultauano i peli ordinarij. Boccal. R. 51. c. 1.

(30.) Memoria infelix

De ijs qui cum vix semel authores perlegerint non dubitant de memoriæ conqueri infelicitate, Boccalino inquit. Apollo diceua che odiosissima gli era l'impertinenza d'alcuni, che per essersi un sol quarto d'hora fermati in un Molino haurebbono voluto uscirne tutti infarinati come sono quei molinari che notte e giorno vi stanno tutti gli anni della vita loro. Cent. j. R. 59.

(31.) adulatio 3010.

Apollo hauendo eretto in Parnasso un nuoue Tribunale, l'annullò poi e confessò non esser possibile punir quel delitto del quale non si trouaua chi volesse querelarsi. Boccal. Cent. j. Rag: 57

(32.)

La facilità di tosto estinguer il fuoco col rimedio del fiume che altri ha vicino non mai induce padre alcuno di famiglia ad accendere il fuoco nella sua casa. Boccal. i. R. 64.

(33.) il render la luce degli occhi à chi è nato cieco non è cura di medico accorto. Boccal: R. 77. C. i.

(34.) Reformatio morum.

Vitia erunt donec homines inquit Tacit. l. 4 histor. et noi sapiamo che in questo mondo si vive col manco male più che col bene & che la somma prudenza humana tutta sta posta nell'havere ingegno da saper fare la difficile risolutione di lasciar questo mondo come altri l'hà trouato. Boccal. C. i. R. 77.

(35.)

La sagacissima natura, in una particolar membrana separata dal maschio conserua la femina. (Se una donna concepisce due Gemelli:) Di modo che la natura della cohabitatione di un fratello e di una sorella di quella età non essendosi fidata insegna ad ogniuno che è ne meno de' vostri pari

altri può viver sicuro: Et in queste
occasioni Trasea, chi si fida delle sue
forze più è temerario che saggio.
Boccal. C. 1. R. 94.

(36.) Remed. amoris.
Le libidini non con altro più prestante
rimedio si fuggono che con star lontani
dalle belle creature. d. l. perche.

(37.) ejusd. arg:
Dal commetter errori si guarda colui
che schiva l'occasioni. ibid.

(38.)
è che quel viandante che in mezzo del
infocato luglio nel suo camino veniva
annoiato dallo strepito delle Cicale affatto
era pazzo se per ucciderle tutte, scen-
